



Richard

tences of Scripture; like a Catholike man all those blasphemers of Christs religion by their wilfull beggery. And therefore was not the soresaid Doctor condemned of hereticall prauicie, or yet by our Prelates to be burnt after his buriall. God defend therefore that our Prelates shoulde haue condemned so good a man for an heretike, which in Logike, Philosophy, in Theologie, in Moralities, & Speculatiues, among all that hath written (as wee thinke) in our Universitie, without pere. All which things we desire to bring to the knowledge of all & singular persons vnto whose hands these presents may come, to the intent that the sayd Doctors fame may the oftener be hadde in remembrance. In witnessse whereof, wee haue caused these our letters testimoniall to be sealed with our common scale.

Given at Oxford in our congregation  
house the fift day of the moneth  
of October. Anno 1406.

All this notwithstanding afterward (being excommunicated by Thomas Arundale Archbyshop of Canterbury) his bones, by a doctor of Divinitie of Oxford, named Richard Fleming Bishopp of Lincolne, were taken vppe and burnt, and the ashes throwne into the next water neare vnto Lutterworth 41. yeeres after his decease in Anno 1425. by commaundement of Pope Martine the fift. Thus much for Wicliffe.

The custody of the Castle of Douer being boyd by the death of Robert Ashton was then appoynted to Simon Burley, who was made Constable there.

the second

cord abouth  
and with th  
him vp fren  
of lead vppi  
micht both  
also stopt hi  
so a great si  
feet, that mi  
but with vii  
whereof, th  
would neue  
morrow aft  
be dralwe t  
they micht i  
put to death  
dred at, tha  
Grome, or i  
harme the i  
selues, they i  
ners, and th  
except that i  
halfe a fistee

About th  
not to do vii  
the Earle of  
preparcth to  
domage for domage, which enterprize accom  
plished, the Earle was no sooner returned, and  
sent home his armie, but that the Scots came  
againe, and heaped vp domage vpon domage  
in the countrey.

This Sommer, sir John Philpot a most faith  
full knight, and Noble Citizen of London, that  
had a long time trauelled for the commodity of

M L  
~~3085~~

RES.  
5400

steode mite, nor wold utter one word, it was  
decreed that he shold bee committed to perpe-  
tuall pryon, and his goods to bee confiscate to  
the kings vse, & that he shold not come within  
one hundred miles of London during his life.  
hee was sent therefore to the Castle of Tintagell  
in the confines of Cornewall, and in the  
meane space the Kinges seruants spoyled his  
goods. John More, Richard Northbery, and  
other, were likewise there convict, and con-  
demned to perpetuall prison, and their goods  
confiscate to the king, for certaine congregati-  
ons by them made against the Fish-mongers  
in the citie of London.

Parliament at  
London.

A combat  
sough.

About the feast of Saint Martine, a Parlia-  
ment was holden at London in the which no-  
thing was done worth y memory, but y which  
still was in hand, and exacting of money of the  
Cleargy and common people, to maintaine the  
men of war. And besides this, about the feast  
of Saint Andrew there was a combate sough  
in listes at Westminster, betwixt an Esquier  
of England named John Welch of Crimelby,  
and one of Nauarre, called Mortileto de Vil-  
nos, that had accused the English Esquier, o-  
f treason to the King and Realme, but the effect  
was, y when he was Captaine of Cherbrug  
he forced the wife of this Nauaroys, as the  
Nauaroys being afterward overcome, and  
ing ready to suffer death, did openly confess  
for the which cause, by the kinges iudgement  
he was drawne & hanged, although the quan-  
tity many other did make earnest intercession  
to haue his life sau'd.

ÆSOPI PHRY-  
GIS; ET ALIO-  
RVM FABV-

LÆ.

Quorum nomina, sequenti  
pagella videre  
liceret.

ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA CHRISTO-  
PHORI PLANTINI.

ANNO,

M. D. LX.

La Siv.  
de leff.

publica  
de Phrygia

FABVLARVM QVAE HOC IN LIBRO  
CONTINENTVR INTERPRETES,  
ATQVE AVTORES.

	pagina
<i>Laurentius Valla.</i>	2
<i>Gulielmus Hermannus Goudanus.</i>	20
<i>Hirianus Barlandus.</i>	30
<i>Guilielmus Hermannus.</i>	37
<i>Rimicius.</i>	42
<del>✓</del> 13.	61
<i>Angelus Politianus.</i>	63
<i>Petrus Crinitus.</i>	63
<i>Ioannes Antonius Campanus.</i>	64
<i>Plinius Secundus Nouocomensis.</i>	64
<i>Aulus Gellius.</i>	64
<del>✓</del> 14. <i>de laudibus et ceteris.</i>	66
<del>✓</del> 15. <i>de laudibus et ceteris.</i> , LIB. II. 68	87
<del>✓</del> 16. <i>de laudibus et ceteris.</i> , LIB. II. 68	107

ÆSOPI FABVLATORIS VITA,  
E` GRÆCA MAXIMI PLANVDIS  
LATINA FACTA.

**R**erum humanarum naturam perfecti sunt & alij, & posteris tradiderunt: Aesopus vero videtur non absque diuino afflato cum moralē disciplinam attigisset, magno interuallo multos corū superasse. etenim neque definiendo, neque ratiocinando, neq; ex historia, quam ante ipsius ætatem tulit tempus, admonendo, sed fabulis penitus erudiendo sic audientium venatur animos, ut pudeat ratione præditos facere, aut sentire, quæ neq; aues, neque vulpes & rursis non vacare illis, quibus pleraque bruta tempore prudenter vacasse singūrū: ex quibus aliqua pericula imminentia effugerunt, aliqua maximā vtilitatē in opportunitatibus consecuta sunt. Hic igitur, qui vitā suam philosophicæ Reipub. imaginē proposuerat, & operibus magis quam verbis philosophatus, genus quidem traxit ex Ammorio oppido Phrygiae, cognomento Magnæ, sed fortuna fuit seruus. Quare & magnopere mihi videtur Platonis illud in Gorgia pulchrè simul & verè dictū: Plerunque enim hæc, inquit, cōtraria inter se sunt, natura simul, ac lex. Nam Aesopi animum natura liberum reddidit: sed hominū lex corpus in seruitutem tradidit. Potuit tamen ne sic quidem animi libertatem corrumpere. Sed quāuis ad res varias, & in diuersa loca transferret corpus, à propria tamen sede illum traducere nō potuit. Fuit autē non solum seruus, sed & deformissimus omniū suarū atatis hominum. nam acuto capite fuit, pressis naribus, depresso collo, prominentibus labris, niger (vnde & nomen adeptus est: idem enim Aesopus, quod Aethiops) vētrosus, valgus, & incuruus, fortasse & Homericū Thersites turpitudine formæ superans. Hoc vero omniū in eo pessimū erat, tacitiloquentia, & vox obscura simul, & inarticulata. Quæ omnia etiam videntur seruitutem Aesopo parasitæ. Etenim mirum fuisset, si sic indecēti corpore potuisset seruientiū retia effugere. Sed corpore sanè tali, animo vero solertissimo natura exitit, & ad omne cōmentum felicissimus.

Possessor igitur ipsius tanquā ad nullum domesticū opus  
cōmodum, ad fodiendum agrum emisit. Ille verò digres-  
sus alacriter operi incumbebat. Profecto verò aliquando  
& hero ad agros, vt inspectionē operarū faceret, agricola  
quidam ficos egregias decerptas dono tulit. Ille verò fru-  
ctus delectatus pulchritudine, Agathopodi ministro (hoc  
enim erat nomen puerō) seruare iussit, vt sibi post balneū  
exponeret. Cūm verò ita euenisset, atq; Aesopus ob quan-  
dam necessitatē ingressus esset in domum, occasione ca-  
pta Agathopus consilium huiusmodi conseruo cuidā of-  
fert: Impleamur, si placet, sicibus heus tu: & si herus no-  
ster has requisicerit, nos contra Aesopū testificabimur am-  
bo, quod in domum ingressus sit, ficusq; clām comedērit:  
& super verò fundamēto, videlicet quod domū ingressus  
sit, multa mendacia struemus. neq; enim quicquam pote-  
rit vñus contra duos, præsertim cūm sine probationibus  
ne mutire quidem audeat. Viso verò hoc ad opus accessē-  
runt, & ficus deuorantes dicebant in singulis cū risu: Væ  
tibi infelix Aesope. Cūm igitur herus redijisset à lauacro,  
& ficus petijisset, audiuisset autem quod Aesopus eas co-  
medisset, Aesopū cum ira iubet vocari, & vocato ait: Dic  
mihi o execrande, ita me contempsti, vt in penarium in-  
gredereris, & paratas mihi ficus comedēris? Ille audiebat  
quidem, & intelligebat, loqui autem nullo modo poterat  
ob linguae tarditatem. Cūm iam verberandus esset, & dela-  
tores vehementiores instantent, procubens ad heri pedes,  
vt sustineret se parū, orabat. Cūm autem cucurisset, &  
tepidam aquā attulisset, eam bibit: & digitis in os demis-  
sis, humorem solum reiecit: nōdum enim cibū attigerat.  
Orabat igitur vt idem & accusantes facerent, quod manife-  
stum fieret, quisnā ficus dissipasset. Herus autem ingeniu  
hominis admiratus, sic facere & alios iussit. Illi autē deli-  
berauerant bibere quidem aquam, non tamen demittere  
in guttur digitos, sed per obliqua maxillarū eos circūfer-  
re. Vixdum autem biberant, cūm tepida illa aqua, nausea  
potis inducta, effecit vt sponte fructus redderetur. Tunc  
igitur ante oculos posito maleficio ministrorum, & calu-  
mnia, herus iussit eos nudos flagris cœdi. Illi verò cogno-  
uerunt manifestè dictū illud: Qui in alterū dolos struit,

sibi

sibi inscius malum fabricat. Sequenti verò die hero in urbem reuecto, Aesopo verò fodiente, quemadmodū iussus fuerat, sacerdotes Dianaç, siue alij quippiā homines cùm à via aberrassent, Aesopum naçti, per Iouē hospitalem obsecrabant hominē, ut qua in urbem duceret, viā ostenderet. Ille cùm sub umbram arboris vitos adduxisset prius, & frugalem apposuisset cœnā, inde & dux factus ipsis, in quam quærebant viam induxit. Illi autem tū ob hospitac litatem, tū quod dux eorū fuisset, mirū in modū viro deuincti, manus in cœlū cleuarunt, & precibus benefactorē remunerati sunt. Aesopus verò reuersus, inq; somnum lapsus ob assiduū laborem & astum, visus est videre Fortunā astantem sibi, & solutionē linguaç sermonisq; cursum, & eam, quæ fabularū est, doctrinam largiri. Statim igitur excitatus ait: Papæ, vt suauiter dormiui: sed & pulchrum somniū videre visus sum. ecce, expeditè loquor, bos, asinus, rastrū. Per deos intelligo vnde mihi bonū accesserit hoc: quoniam enim pius fui in hospites, propitiū numen consecutus sum. Ergo benefacere, bona plenū est sp̄c. Sic igitur Aesopus latatus facto rursum cœpit fodere. Præfecto agri (Zenas erat ipsi nomen) ad operarios profecto, & horū unum, quoniā leuiter errauerat in opere, virga verberante, Aesopus statim exclamauit: Homo, cuius gratia cū qui nullam iniuriā fecit, sic verberas? & omnibus temere plagas ingeris quotidie? omnino renūciabo hæc hero. Zenas autem hæc ab Aesopo audiens, obstupuit non mediocriter, secūq; ait: Quod Aesopus loqui cœperit, nulla mihi utilitas erit: præuertā igitur ipse, & accusabo eū coram domino, antè quām hoc ipsum faciat, & me herus procul ratione priuet. His dictis in urbem vectus est ad dominū. Cæterū turbatus cū accessisset: Salve, inquit, here. Ille verò: Quid perturbatus ades? inquit. Et Zenas: Res quædā monstrosa in agro contigit. Atherus: Nunquid arbor præter tempus fructū tulit? aut iumentum aliquod præter narrā genuit? Et ille: Non ita, sed Aesopus qui antea erat mutus, nunc loqui cœpit. Ad hæc herus: Sic tibi nihil boni fiat hoc existimanti monstrū esse. Ille autem: Sane, inquit: nā quæ in me contumeliosè dixit, sponte prætereo hec: in te autem & Deos intolerabiliter cōviciatur. His ira

percitus herus, Zenē ait: Ecce tibi traditus est Aesopus, vē  
 de, dona, quod vis de eo fac. Cū Zenas autē in potestate  
 sua accepisset Aesopū, quodq; in eū haberet imperiū, ei re  
 nuntiasset, ille: Quodcūq; visum tibi fuerit, inquit, effice.  
 Accidit autem cum vir quidam iumenta vellet emere, &  
 propterea per agrū illū iter faceret, Zenā rogauit. Ille: Iu-  
 mentū, inquit, mihi vendere non licet, sed mancipiū ma-  
 culum: quod si vis emere, adest. Cū verò mercator ius-  
 sisset ostendi sibi seruulū, & Zenas Aesopū accersisset, mer-  
 cator videns ipsum, & cachinnatus: Vnde tibi, inquit ad Ze-  
 nam, hæc olla? vtrum trūcus est arboris, an homo? hic nisi  
 vocem haberet, fermè videretur vter inflatus. Quare mi-  
 hi iter interrupisti huiuscē piaculi gratia? His dictis, iter  
 suum prosequebatur. Aesopus verò insecurus ipsum: Ma-  
 ne, inquit. Ille autem conuersus: Abi, inquit, à me sordi-  
 dissime canis. Aesopus autem: Dic mihi, cuius rei causa  
 hoc venisti? Et mercator: Scelleste, vt aliquid boni emerē:  
 te quòd inutilis & marcidus sis, non egeo. Aesopus cōtrā:  
 Eme me, & si qua est fides, multū te iuuare potis sum. Ille:  
 Qua in re à te iuuari possem, cūm sis odiū penitus! Et  
 Aesopus, Non ne adsunt tibi pueruli domi turbulentī, &  
 flentes? his præfice me pædagogum, omnino eis pro larua  
 ero. Ridens igitur de hoc mercator, inquit Zenā: Quāti  
 malū hoc vēdis vas? Ille verò: Tribus, inquit, obolis. Mer-  
 cator autē statim tres obolos soluit, dicens: Nihil expen-  
 di, & nihil emi. Quū igitur iter fecissent, ac peruenissent  
 ī suā domū, pueruli duo, qui adhuc sub matre erant, Ae-  
 sopō viso perturbati exclamauerunt. Aesopus autē statim  
 mercatori inquit: Habes meq; pollicitationis probationē.  
 Ille verò ridens ingressus, inquit: Saluta consruos tuos.  
 Introgressum autē ac salutantē videntes illi: Quodnā ma-  
 lū nostro hero, inquiunt, contigit, vt seruulū adeo defor-  
 mē emerit? Sed vt videtur, pro fascino domus hunc emit.  
 Non multò verò pōst & mercator ingressus, apparari res  
 ad iter seruis iussit, quòd postridie in Asiam profecturus  
 esset. Illi igitur statim vasa distribuebant. At Aesopus ro-  
 gabat leuissimū onus sibi cōcedi, tanquā nuper empto, &  
 nondum ad hæc ministeria exercitato. His autem & si ni-  
 hil tollere velit, veniā præbentibus, ille non oportere di-  
 xit

xit omnibus laborantibus, se solū inutilem esse. His quod attollere vellet permittentibus, huc & illuc cūm circunspexisset, & vasa congregasset diuersa, saccos, & stramenta, & canistros, vnū canistrum panis plenū, quem duo baiulare debebant, sibi imponi iubet. Illi autem ridentes, & nihil esse stultius vili hoc scelesto inquietes, qui cū pau lo antē leuissimū postularet tollere onus, nūc omniū grauissimū elegisset: oportere tamen desideriū eius explere sublatū canistrum imposuerunt Aesopo. Ille verò humeris onere grauatis huc & illuc dimouebatur. Hunc vidēs mercator, admiratus est, & inquit: Aesopus cūm ad labrandum prōptus sit, iam suum pretiū persoluit, iumēti enim onus sustulit. Cūm verò hora prandij diuertissent, Aesopus iussus panes dispensare, semiuacuum canistrū multis comedentibus fecit. Vnde etiā post prandium leuiore onere facto alacrius incedebat. Verūm vespere quoq; illic quō diuerterat, pane distributo, postera die vacuo omnino in humeros sublato canistro, primus omnium ibat, vt conseruis, qui hunc animaduerterent prēcurrentē, dubiū faceret, vtrum putridus esset Aesopus, an quis alias: & illi cūm cognouissent cū esse, admirarentur, quōd denigratus homūcio solertiū omnib⁹ fecisset, quoniā qui facile absumerentur panes, sustulisset, cū illi stramenta, & reliquā supellecstilem baiularent, quæ ea nō sit natura, vt sic absūmatur. Mercator itaq; cūm esset Ephesi, alia quidem mancipia cū lucro vendidit: remanserunt autem ei tria, Grammaticus, Cantor, & Aesopus. Cūm verò quidā ex familiaribus ei suasisset, in Samum vt nauigaret, tanquā ibi cum maiore lucro diuenditurus seruulos, persuadet. Cūm autē mercator peruenisset in Samū, Grammaticum quidem, & Cantorē, vtrunq; noua ueste indutū statuit in foro: sed Aesopum quoniā nulla ex parte poterat ornare (totus enim erat mendosus) ueste ex sacco ei circūposita, medium inter vrunq; constituit, vt & videntes stuparent, dicentes: Vnde haec abominatio, quę & alios obscurat? Aesopus autem quāvis à multis morderetur, stabat tamen audacter in iplos intuens. Xanthus verò philosophus habitās tunc Sami profectus in forum, & videns duos quidem pueros cum ornatu astantes, medium verò horum Aesopum, ad-

miratus est mercatoris cōmentū:nanq; turpem in medio  
 collocauerat,vt appositione deformis,pulchriores scip̄is  
 adolescentuli apparerent. Propius autem astans perconta-  
 tus est Cantorem cuias esset. Et is,Cappadox. Tū Xāthus:  
 Quid igitur scis facere? Hic: Omnia. Atq; ad hæc Aesop-  
 pus risit. Discipuli verò,qui cū Xātho vñā erāt,vt viderūt  
 ipsum risisse,& ostendisse dentes,statim aliquod monstrū  
 videre arbitrati sunt. Vno autem dicente:Certè hernia est  
 dentes habens: Alio verò, Quid nā videns risit? Alio, non  
 risisse, sed riguisse: omnibus autem volentibus cognosce-  
 re cur risisset,vnus ipsorū accedens,Aesopo inquit: Cuius  
 rei gratia risisti? Et is, Abscede marina ouis. Illo verò con-  
 fuso funditus eo sermone, repenteq; secedente, Xanthus  
 inquit mercatori. Quanto pretio Cantor? Illo autem mil-  
 le obolis respondentē,ad alterū iuit,immenso auditō pre-  
 tio. Atqui & hunc rogante philosopho, cuias nā foret,&  
 auditō Lydū esse,rursusq; rogante: Quid ergo scis facere?  
 & illo dicente, Omnia, iterū risit Aesopus. Ex scholasticis  
 autem quodā dubitāte,quidnā hic ad omnes ridet? Alius  
 ei dixit: Si vis & tu marinus hircus vocari, roga. Xanthus  
 autē rursus rogauit mercatorē: Quanto pretio Gramma-  
 ticus? Et ille tribus millibus obolorū, respōndit. Aegrē tu-  
 lit Philosophus immensum pretiū,& auersus discedebat.  
 Scholasticis autem petentib⁹, an nō placuerint ei seruuli:  
 Næ,inquit,sed decretū est,nō emere mācipiū pretiosum.  
 Vnus autem ipsorū dixit: Si hæc ita se habent, igitur tur-  
 pem hunc quin emas, nulla lex vetat:idē enim & hic mi-  
 nisteriū afferet, & nos pretiū huius impendemus.ad hæc  
 Xanthus ait: Ridiculum esset, vos soluissē pretiū, me autē  
 seruū emisse: alioqui & vxorcula mea mundiciæ studiosa,  
 nō ferret à deformi seruulo seruirī sibi. At scholastici rur-  
 sus dixerunt,in prōptu est sententia,ne pareatur fœminę.  
 tunc Philosophus: Faciamus prius periculū, an sciat ali-  
 quid,ne & pretiū incassum pereat. Adiens igitur Aesopū:  
 Gaude,inquit. Et ille: Num' nā tristabar? Et Xanthus: Salu-  
 to te. Ille autē, Et ego te. Xanthus vñā cū alijs inexpecta-  
 to,& prōpto responso stupefactus rogauit,Cuias es? Ille,  
 Niger. Et Xanthus: Non hoc inquā, sed vnde natus sis. Et  
 is: Ex ventre matris meæ. Non hoc dico, sed in quo loco  
 natus

natus sis. Et ille: Non renunciauit mihi mater mea , vtrū in sublimi loco, an in humili. Et philosophus. Quid verò facere nosti? Ille, nihil. Et Xanthus: Quomodo? Quoniam hi omnia se nosse professi sunt, mihi autē reliquerūt nihil. Atq; his scholastici vehementer delectati: Per diuinā prouidentiā, dixerunt, valde bene respondit: nullus enim est homo, qui omnia norit, & propterea scilicet risit. Rursus igitur Xanthus inquit: Vis emam te? Et Aesopus: Me hac in re consultore eges? Vtrū tibi videtur melius, aut emere, aut non, fac: nullus enim quicquam vi facit. hoc in tua positum est voluntate: & si volueris, crumenæ iauani aperiens, argentū numera: sin verò minimè, ne cauillare. Rursus igitur scholastici inter se dixerunt: Per deos superauit præceptorem. Xanthus verò cùm dixisset: Si emero te, fugere voles? Ridens Aesopus ait: Hoc si voluero facere, nullo modo vtar te consultore, vt & tu paulò antè, me. Et Xáthus, Bene dicis, sed deformis es. Et ille: Mentē inspicere oportet à philosophhe, & non faciem. Tunc mercatorem adiens Xanthus inquit: Quanti hunc vendis? Et ille: Ut vituperes meas merces, ades, quoniam te dignis omissis pueris, deformem hunc eligis: alterum horū eme, hunc autem auctarium accipe. Et Xáthus: Non certè, sed hunc. Et mercator: Sexaginta obolis eme. At scholastici confestim collatos exposuerūt: Xanthus autem possedit. Itaque publicani venditione cognita, aderant indagātes, quis vendiderit, quis emerit: at cùm puderet vtrunque se pronunciare propter vilitatē pretij, Aesopus stans in medio exclamauit: Qui venditus est, ego sum: qui emit, hic: qui vendidit ille. si verò ipsi tacuerint, ego igitur liber sū. publicani verò diffusi gaudio , donato Xantho vestigali, abierunt. Aesopus igitur sequebatur in domum cuntem Xanthū. Cùm meridianus autem aestus esset, Xanthus inter deambulandum palliū trahendo mingebat. Quod videntis Aesopus, vestibus illius apprehēsis retro, ad scipsum traxit, atque inquit : Quām celerrimè me vende, quoniā fugiam. Et Xanthus, Quamobrem? Quoniam, inquit, non possē tali seruire hero. si enim tu, qui herus es, & neminē times, tamen relaxationem non præbes naturæ, sed eudo mingis: si obtigerit seruum me ad aliquod mitti ministerium

sterium, & inter eundum tale quid exigat natura, necesse  
 omnino fuerit volando cacare. Et Xanthus: Hoc te tur-  
 bat? tria mala volens euitare, eundo mingo. Et ille: Quā?  
 Et hic: Stanti mihi caput percussisset sol: pedes verò terrę  
 solum torridū: lotij autem acrimonia, olfactū offendisset.  
 Tunc Aesopus: Vade, persuasisti mihi. Postquā autem do-  
 mi fuerunt, Xanthus iubens Aesopū manere ante vestibū  
 sūm, quoniā elegātiusculam esse sibi mulierculā sciebat,  
 neq; oportere illicò talem turpitudinem ei ostendi, antē  
 quām aliquis ipsi vrbana diceret: ipsi ingressus dicit: Do-  
 mina, non etiā posthac obijcies ministerium, quod mihi  
 tuæ pedisseque prēstant: iam cñim & ego puerū tibi emi,  
 in quo videbis pulchritudinem, qualē nunquā vidisti,  
 qui & iam ante vestibulū stat. & illē quidem hēc. Pedisse-  
 que autem vera existimantes, quā dicta fuerant, inter se  
 nō medio criter contendebāt, cuinā ipsarū sponsus nuper  
 emptus futurus sit. Xanthi verò vxore intro vocari noui-  
 tiū iubente mancipium, vna ex alijs magis accelerans, &  
 vt arrabonem vocationē arripiens, nouitium seruū egres-  
 sa accersebat. Et illo dicente, Ecce ego adsum: stupefacta,  
 Tu, inquit, es? Ethic: Nē. Et illa, Sine inuidia ne ingredia-  
 ris intrō, omnes alioqui fugient. Alia tamen egressa, euq;  
 intuita: Cēdatur tua, inquit, facies, & huc ingredere, sed  
 ne appropinques mihi. Ingressus stetit corā domina: quā  
 cūm cum vidisset, oculos auertit ad virum, inquiens: Vn-  
 de mihi hoc mōstrum attulisti? abijce ipsum à facie mea.  
 Et ille: Satis tibi domina, ne meum submorde notitium  
 seruum. Hēc autem: Videris Xanthe me perosus, aliam  
 inducere velle: & fortè dum pudet dicere mihi vt tua do-  
 mo abscedam, canicipitem mihi hunc apportasti, vt eius  
 ægrē latura ministerium fugiam. Da igitur mihi dotem  
 meam, atque ibo. Ad hēc Xantho increpante Aesopum  
 tanquam in itinere vrbana quādam locutum de mīctu  
 inter eundum, nunc vero mulieri nihil dicentem, Aeso-  
 pus ait: Projice ipsam in barathrum. Et Xanthus: Tace sce-  
 lus, an nescis me hanc, vt meipsum, amare? Et Aesopus: A-  
 mas mulierculam? Et ille: Admodum quidem, fugitiue.  
 Ad hēc Aesopus pulsato medio pede, valde exclamauit:  
 Xanthus philosophus yxorius est. Et versus ad suam do-  
 minaram

minā ait: Tu ô domina velles philosophū emisse tibi ser-  
 um iuuenem, bono habitu, vigentem, qui te nudā in bal-  
 neo spectaret, & tecum luderet in dedecus philosophi? O  
 Euripedes, aureum ego tuū inquam os, talia dicens, Mul-  
 ti impetus fluctuum marinorum, multi fluminum, & i-  
 gnis calidi fatus: dura res paupertas, dura & alia infinita:  
 tamen nihil æquè durum, vt mulier mala. Tu verò ô do-  
 mina philosophi vxor à pulchris adolescentulis tibi vt  
 ministretur noli, ne quo pacto contumeliam viro tuo in-  
 flixeris. Illa hęc audiens, cùm nihil cōtradicere posset: Vn-  
 de vir, inquit, pulchritudinem hanc venatus es! sed & lo-  
 quax putridus hic videtur, & facetus, reconciliabor igitur  
 ei. Tum Xanthus: Aesope, reconciliata est tibi tua hera.  
 Et Aesopus ironicè loquēs: Magna res, inquit, placare mu-  
 lierem. Et Xanthus: Tace posthac, emi enim te ad seruien-  
 dum, non ad contradicendum. Postera die Xanthus Aeso-  
 po sequi iusso, ad hortum quendam iuit empturus olera.  
 Cùm verò olitor fasciculum olerum messuisset, accepit  
 Aesopus. Xantho autem soluturo iam hortulano pecu-  
 niā, hortulanus: Sine, inquit, here, vnum problema à te  
 desidero. Et Xanthus: Quidnam? Tum ille: Quid ita, vt  
 quæ à me plantantur olera, quamuis diligenter & fodian-  
 tur, & irrigentur, tardum tamen suscipiunt incremētum:  
 quibus verò spontanea è terra pullulatio, et si nullā cura  
 adhibetur, ijs tamen celerior germinatio? Xanthus igitur  
 (licet philosophi quæstio foret) cùm nihil aliud sciret di-  
 cere: A diuina prouidentia & hoc inter cætera gubernari  
 inquit. Aesopus verò (aderat enim) risit. Ad quem philo-  
 sophus: Rides' ne, an derides? Et Aesopus: Derideo, inquit,  
 sed non te, verū qui te docuit. Quæ enim à diuina pro-  
 uidentia fiunt, hæc à sapientibus viris solutionem sortiun-  
 tur: oppone itaque me, & ego soluam problema. Interim  
 itaque Xanthus conuersus inquit olitori: Minimè omniū  
 decens est, ô amice, me, qui in tantis auditorijs discepera-  
 uerim, nunc in horto soluere sophismata: puer autem  
 huic meo, qui consequentia multorum calleb, si propo-  
 sueris, solutionē consequēris quæstī. Et olitor: Hic turpis  
 literas nouit' ô infelicitatem. sed narra ô optime, si quæ-  
 sti declarationem nosti. Et Aesopus: Mulier, inquit,  
 cùm

cùm ad secundas nuptias iuerit, liberis ex priore viro susceptis, si virū quoque inuenierit filios ex priore vxore genuisse, quos ipsa filios adduxit, horum mater est: quos inuenit penes virum, horū est nouerca. multum igitur in virtutisq; ostendit differentiā: nam quos ex se genuit amāter & accuratē nutritre perseverat, alienos verō partus odit, & inuidia vtens, illorum cibos diminuens, suis addit filijs.

Illos enim natura quasi proprios amat: odio autē habet, qui viri sunt, quasi alienos. Eodem modo & terra, eorum quæ ipsa ex se genuit, mater est: quæ autem tu plantas, horū est nouerca: huius rei gratia, quæ sua sunt, vt legitima magis nutrit, ac fouet: à te autem plantatis, vt spurijs, non tantū alimenti tribuit. His delectatus olitor: Credideris mihi, inquit, quòd me graui sollicitudine hac garrulitate leuaris. Abi gratis ferēs olera, & quoties tibi his opus est, tanquam in propriū hortum vadens accipe. Post dies aliquot rursus in balneum proficiscitur Xanthus. Quibusdā autem amicis ibi inuentis, ad Aesopum loquitur, vt in domū currat, & lentem in ollam iniectā coquat. Ille abiens granum vnu lentis in ollam iactū coquit. Xanthus ergo vna cum amicis lotus vocavit hos cōpransuros, prefatus tamen & quòd tenuis esset futura cœna, vtpn̄te ex lente, quodq; nō oporteret varietate fercularū amicos iudicare, sed probare volūtatem. His verō profectis, & in domū ingressis, Xanthus inquit: Da nobis à balneo bibere Aesop. illo verō ex deflexu balnei accipiente & tradente, Xanthus fætore repletus: Hein quid hoc, inquit, Aesope? Et ille: A balneo, vt iussisti. Xanthus autem præsentia amicorū iram cōpescente, & peluim sibi apponi iubente, Aesopus pelui apposita stabat. Tunc & Xanthus: Non lauas? Tum ille: Iussum est ea facere; quæ iusseris: tu nunc non dixisti, Inijec aquam in peluim, & laua pedes meos, & pone soleas, & quæcunq; deinceps. Ad hēc igitur amicis Xanthus ait: Num enim seruū emi? nullo modo, sed magistrū. Discentibus itaque ipsis, & Xantho Aesopū rogantē, an cocta sit lens, cochleari acceptū ille lentis granū tradidit. Xanthus accipiens, ac ratus gratia faciendi periculum contentionis lentem accepisse, digitis conterens ait: Bene cocta est, affer. Illo solū aquam vacuante in scutellas, & apponente,

nente, Xanthus: Vbi est lens? inquit. Et is: accepisti ipsam.  
 Et Xanthus: Vnum granum coxisti? Tum Aesopus, Maxime: lentem euim singulariter dixisti, non lentes, quod plurimi dicuntur. Xanthus ergo prorsus consilij inops: Viri socij, ait, hic ad insaniam me rediget. Deinde conuersus ad Aesopum, ait: Sed ne videar, improbe serue, amicis iniurius, abiens eme pedes porcinos quatuor, & perceleriter coctos appone. Festinus hoc peragit: ac dum pedes coquerentur, Xanthus iure volens verberare Aesopum, cum esset in re aliqua ad usum occupatus, unum ex pedibus ex olla clanculū auferens, occulit. Paulò post autem & Aesopus veniens, & ollam perscrutatus, ut tres solos pedes vidi, cognovit insidias sibi aliquas factas: & accurrens in stabulū saginati porci unum ex quatuor cultro amputans, & pilis nudans in ollam iecit, ac coxit cum ceteris. Xanthus vero veritus, ne Aesopus subreptū pedem non inueniens, fugeret: rursus in ollam ipsum iniecit. Aesopo autem in patinā pedes euacuante, ac quinq; his apparentibus, Xanthus: Quid hoc, inquit, Aesope: quomodo quinq;? Et ille: Duo porci quot habent pedes? Et Xanthus, Octo. Tum Aesopus: Sunt ergo hic quinque, & saginatus porcus inferius tripes pascitur. Xanthus admodum molestè ferens, amicis inquit: Nonne paulò ante dixi, quod celerrime hic me ad insaniam rediget? Et Aesopus: Hera, nosti id quod ex additione & subductione in quantitatem secundum rationalē summam colligitur non esse errorem. Xanthus igitur nullam causam honestā inueniens verberandi Aesopum, quietuit. Postridie autem ex scholasticis quidam sumptuosam apparans cœnā, cum alijs discipulis & Xanthū inuitauit. Cœnantibus igitur, Xanthus partes ex appositis accepit electas, & Aesopo ponē stanti dedit: Abi, inquit ei, benevolent; meæ hæc trade. Ille vero decedens secum cogitabat: Nunc occasio est vlciscendi meā dominā, propterea quod me, cū nouitius veni, cauillata est: videbit igitur an hero meo bene velit. Profectus itaq; in domū, sed in vestibulo: & hera accita sportulam partiū corā ipsa posuit, ac inquit: Hera, hæc omnia herus misit, non tibi, sed benevolent;. Cumq; canē vocasset, atq; dixisset: Veni Lycena, comedere, tibi enim herus hæc iussit dari: particulatim cani omnia

proiecit. At post hoc ad herū regressus, & rogatus an benevolē dederit omnia: Omnia, inquit, & corā me omnia comedit. Illo verò iterum rogante: Et quidnā edens ait? Et is: Mihi quidē nihil quicquā dixit, sed secū tibi gratias habebat. Vxor tamen Xanthi, cā rem calamitosam esse arbitrata, nēpe accusata, quōd vel caniculę benevolentia in virum cederet, ac subdens sese non amplius in posterum cohabitaturā cū eo, ingressa cubiculū plorabat. Potu autē procedente, & quæstionibus alternis propositis, ac uno ex ipsis ambigente, quando futura esset ingens inter homines turbatio, Aesopus ponē stans ait: Cum resurrexerint mortui repetentes quæ possederint. Et scholastici ridentes dixerūt: Ingeniosus est nouitius hic. Alio verò rursus proponente, quāobrem ouis ad cædem traicta, non exclamat, sūs autem quām maximè vociferetur, Aesopus rursus ait: Quoniā ouis assueta mulgeri, aut etiam velleris onus deponere, tacitè sequitur, ideo etiā pedibus arrepta, & ferrū videns, nihil graue suspicatur, sed illa usitata & solita uidetur passura: sed; sus, ut quæ neq; mulgetur, neq; tundetur, neq; nouit ad horū aliquid trahi, sed carnes suas tantum usui esse, meritò vociferatur. His sic dictis, discipuli rursus laudauerūt ipsum versi in risum. Finito cōuiuio, & Xātho in domū reuerso, & vxorem pro more aggresso aliqui, illa ipsum auersata, inquit: Ne mihi, ppinquus fias, da mihi dotem mēā, & abibo: non enim manserim tecum posthac: tu autem abiens cani adulare, cui misisti partes. Et Xanthus stupefactus ait: Omnino mali mihi aliquid rursus attulit Aesopus. Et vxori inquit: Domina, num me poto, tu ebria es? cui partes misi? non ne tibi? Non per Iouem, mihi quidem minimè, inquit illa, sed cani. Xanthus Aesopo accito inquit: Cui dedisti partes? Et ille: Benevolē tuę. Et vxori Xanthus: Nihil accepisti? Et illa, Nihil. Et Aesopus: Cui enim iussisti, here, partes dari? Et ille, Benevolē mēa. Et Aesopus cane vocata: Hęc tibi, inquit, bene vult: nam mulier etsi bene velle dicatur, tamen minima quaq; recula offensa contradicit, conuiciatur,abit: canē tamen verberato, expellito, non tamen discedet, sed oblita omnīū, statim benignè blanditur, & cū gratia, hero. Oportebat igitur dicere, here, Vxori has partes fert, & nō, benevolæ.

uolæ. Et Xanthus: Vides domina, non meā esse culpā, sed  
 cius qui tulit tolera itaq; nec deerit mihi occasio, qua eū  
 verberem. Illa verò non credente, verūm clam ad suos pa-  
 rentes regressa, Aesopus inquit: Non recte dixi, ô here, ca-  
 nē tibi magis bene velle, quām meā herā? Diebus autē a-  
 liquot præteritis, & vxore irreconciliata manente, & Xan-  
 tho affines quosdā ad ipsā, vt reuerteretur domū mitten-  
 te: illa, cùm cedere nollet, ac proinde Xanthus in mōrōre  
 esset, Aesopus adiens eū, inquit: Ne te afflīctes here: ego  
 enim eam cras venire sponte & citissimè faciā ad te. Ac-  
 cepta pecunia Aesopus in forum proficiscitur: ac emptis  
 anseribus & gallinis, & alijs quibusdā ad conuiuum ido-  
 neis, ambulās domos circuibat: trāsibat igitur & ante do-  
 mū parentum herē suę, ignorare simulans illorū esse, & in  
 ea herā manere. Cumq; in quendā ex domo illa incidis-  
 set, rogabat an aliquid ad nuptias vtile domestici possent  
 sibi vendere. Ille autem rogitat: Cui est opus his? Xantho,  
 inquit, philosopho: cras enim vxori copulandus est. Eo ve-  
 rò ascēdente, & vxori Xanthi hęc, vt audiuit, renuncian-  
 te, illa cursim & properè ad Xanthum illicò pergit, con-  
 tra ipsum clamat, dicens inter alia & hęc: Non me viuen-  
 te, ô Xantho, alteri vxori cōiungi poteris. Sicq; mansit in  
 domo per Aesopum, quemadmodū propter illum disce-  
 ferat. Rursus post dies aliquot inuitans Xanthus discipu-  
 los ad prandiu, Aesopo inquit: I, eme optimum quodq; &  
 præstantissimū. Ille inter eūdum secum dicebat: Ego do-  
 cebo herum nō stulta mādare. Cūm linguas igitur solū  
 suillas emisset, & apparasset discubentibus, linguā assa-  
 tam singulis cum fassamento apposuit. Discipulis laudan-  
 tibus vt philosophicum primū ferculum, propter linguā  
 ad locutionē ministerium, rursus elixas Aesopus linguas  
 apposuit: atq; iterum etiā ferculo alio, atque alio petito,  
 ille nihil aliud quām linguas proponebat. Discipuli autē  
 eodē subinde cibo reperito indignati, Quousq; linguas?  
 inquiunt: Quippe nos per diē linguas edendo, nostras do-  
 luimus. Xanthus inquit iratus: Nihil aliud tibi est Aeso-  
 pe? Et is: Non certe. Tum ille, Non ne mādaui tibi fordi-  
 dissime homule, optimum quodq; & præstatiſſimum ob-  
 sonari? Et Aesopus: Multas habeo tibi gratias, quòd me

philo-

Lingua ni philosophis præsentibus increpaueris. Quid igitur fuerit  
bil melius. lingua melius & præstantius in vita' omnis enim doctri-  
na & philosophia per ipsam monstratur ac traditur: per i-  
psam dationes, acceptiones, fora, salutationes, benedicen-  
tiæ, musa omnis: per ipsam celebrantur nuptiæ, ciuitates  
eriguntur, homines seruantur. Et, vt breuiter dicam, per i-  
psam tota vita nostra consistit: nihil ergo lingua melius.  
Ob hæc discipuli Aesopū rectè loqui dicentes, aberrasse  
verò magistrū, abiēre singuli in domum. Postridie rufus  
accusantibus ipsis Xanthū, ille respondebat, non secundū  
voluntatē suam hæc facta fuisse, sed inutilis servi nequi-  
tia: hodie autem permotabit cœnā, & ipse præsentibus vo-  
bis cum eo colloquar. Ac vocato eo, vilissimū quodque &  
pessimū obsonati iubet, quod discipuli secum forent cœ-  
naturi. Ille autem nihil mutatus, rufus linguas emit, &  
apparatas discumbentibus apposuit. Hi inter se submuri-  
murabāt: Porcinæ rufus linguae. Et mox iterū linguas ap-  
posuit. Et valde iterū, atque iterū. Xanthus autem iniquo  
animo ferens: Quid hoc, inquit Aesope? num rufus man-  
davi tibi optimū quodque, & præstantissimum obsonari,  
ac non potius vilissimū quodque, & pessimū? Ille autem:

*Nihil lingua peius.* Et quid vñquā peius lingua ô here? nōne vrbes per ipsam  
corruunt? non homines per ipsam interficiuntur? nō men-  
dacia omnia, & maledicta, & periuria per ipsam perficiunt?  
nō nuptiæ, & principatus, & regna per ipsam euer-  
tur? non, vt summatim dicam, vita omnis per ipsam infini-  
torum errorū referta est? Hęc Aesopo dicēte quidā ex vnā  
discumbentibus Xantho inquit: Hic, nisi valde te ipsum  
munieris, non dubia erit insaniae causa tibi: qualis enim  
forma, talis & anima. Et Aesopus ad eū: Tu mihi videris,  
ô homo, prauus quidam, & curiosus esse, herum irritans  
contra seruū. Xanthus autem ad hæc, causam cupiens ver-  
berandi hominē: Fugitive, inquit, quoniā curiosum dixi-  
sti amicū, ostende mihi incuriosum hominē adductum.  
Egressus igitur postridie in plateam Aesopis, & eos, qui  
præteribant, circūspiciens, vidit quandam in loco quodā  
diu sedentem, quem iudicans secū ociosum & simplicem  
esse, accedens inquit: Herus te inuitat secum transurum.  
Rusticus ille nihil sciscitatus, neq; quis esset à quo inui-  
taretur,

taretur, ingressus est in domum, & cum ipsis calceis, ut erant riles, discubuit. Rogante autem Xantho, Quis hic? Aesopus ait: Incuriosus homo. Et Xanthus vxori in au-rem dicit ut sibi obsequeretur, & quod ipse iussit, face-ret, ut plagas Aesopo honesta ratione inferret. Deinde co-ram omnibus inquit: Domina aquam in peluum inijec, & pedes hospitis laua. Cogitabat enim secum omnino ho-spitem recusatum. Aesopum vero quod ille curiosus esset, verberibus cæsum iri. Illa igitur iacta aqua in pel-uum, ibat pedes hospitiis lotura. At ille cognoscens hanc esse domus dominam, secum loquebatur: Honorare me omnino vult; atque huius rei gratia suis manibus pedes meos vult lauare, cum ancillis quemadmodum mandare. Exten-sis igitur pedibus: Laua, inquit, hera: ac lotus discubuit. Xantho autem iubente vinum hospiti dati quod biberet, rursus ille considerabat secum: ipsos antea oportere bibe-re: sed quia sic ipsis visum est, non opus mihi haec inqui-rere. Accipiens igitur babit. Prudentibus vero, & ferculo quodam hospiti apposito, atque illo suauiter comedente, Xanthus cœcum, quod male hoc condiuisset, criminaba-tur, atque etiam nudum verberibus afficiebat. Rusticus au-tem secum dicebat: Ferculum quidem optimè coctum est, & nihil ei deest, quod minus rectè paratu sit: si autem absq; causa vult suum seruum flagellare paterfamilias, quid ad me? Xantho autem agreferente, neque iucundè affecto, quoniam nihil hospes curiosè inquirebat, tādem placen-ta allata sunt. Hospes vero tanquam nunquā placentam gustasset conuoluens, & accipiens, ipsas ut panes come-debat. Xanthus autem pistorem accusauit, dixitq; ei: Cur nam o execrande, absque melle ac pipere placentas præ-parasti? Ille inquit: Si cruda est, o here, placentia, me verbe-ra: si vero non ut oportebat, præparata est, non me, sed ha-ram accusa. Et Xanthus: Si à mea hoc factum est vxore, viuam ipsam nunc comburam. Atque iterum vxori in-nuit, ut sibi obsequeretur propter Aesopum. Cum igitur iussisset sarmenta in medium afferri, pyram succendit, & arreptam vxorem ptope pyram egit, ita ut crederetur i-psam in ignem esse immisituram: differebat autem aliquo modo, & circunspiciebat rusticum, si quo modo assurgēs,

à tali audacia prohibere ipsum aggredieretur. Sed is secul-  
 tursus considerabat: Cùm nulla adsit causa, quid nā sic i-  
 rascitur? Deinde inquit: O pater familiās, si hoc iudicas o-  
 portere fieri; expecta me parumper, dum digressus abdu-  
 cam & ipse meā ex agro vxorem, vt ambas simul combu-  
 ras. Hęc à viro Xanthus audiens, & huius synceritatem, ac  
 generositatem admiratus, Aesopo inquit: Ecce verè homo,  
 curiosus, habes accepta præmia victorię, ô Aesope: satis  
 est tibi de cætero; dein verò libertatem tuam assequēris.  
 Postridie autem Xanthus iussit Aesopū in balneas ire, &  
 scrutari, an multa adesset turba, velle enim lauari. Abeun-  
 ti autem prætor occurrens, & Xanthi ipsum rēsēs cognoscens,  
 interrogauit quo' nam iret. Quod cùm se is nega-  
 set scire: existimans Prætor interrogationem suam floce-  
 pendi, in carcerem ipsum abduci iubet. Cùm igitur abdū-  
 ceretur Aesopus, clamauit: Vides, ô Prætor, quemadmodū  
 recte responderim? que enim non expectavi, & occurri ti-  
 bi, & in carcerem iam trahor. Tum Prætor stupefactus re-  
 sponsi prōptitudine, sinit abire. Aesopus autem profectus  
 in balneas, in multā turbam in ipsis intuitus est: sed & lapi-  
 dem videt in medio ingressu positum, in quem singuli in-  
 gredientes, & egredientes offendebant: hunc autem unus  
 quispiam ingrediens vt lauaretur sublatum trāsposuit. Re-  
 uersus igitur ad herum: Si vis, inquit, here, lauari, vnū ho-  
 minem in balneis vidi. Xanthus profectus, ac multitudi-  
 nem lauantium videns dixit: Quid hoc, ô Aesope? non' ne  
 vnū hominē dixisti te vidisse! Aesopus: Certè, inquit: nam  
 lapidē illum (manu ostendens) ante ingressum possum  
 reperi, in quem ingredientes omnes & excantes offendebant; vnus vero quidam ante quam illideret, eleuatū trans-  
 posuit. Illuni igitur vnum hominē dixi vidisse: pluris fa-  
 ciens quām alios. Tum Xanthus, nihil apud Aesopū tar-  
 dum est ad responsonem. Cùm aliquando Xanthus ex la-  
 trina rediret, interrogauit Aesopum: Quid ita homines  
 post cacationem ventris excrementa aspiciunt? Illę ait:  
 Antiquis temporibus vir quidam delicatus viuens mul-  
 to tempore præ deficijs in latrina sedebat, vt & sua illuc  
 immorās cacauerit præcordia. Ex illo tempore igitur ti-  
 mentes cæteri homines, ventris inspiciunt fôrdes, ne quo-  
 modo

modo & ipsi hoc patiatur. Sed tu here, ne time: non enim  
 sunt tibi p̄cordia. Die autem quodam celebratō conui-  
 uio, Xanthus cum alijs philosopis discumbebat, & potu-  
 iam inualesceat, crebræ quæstiones inter hos versaban-  
 tur: atque Xantho incipiente turbari, Aesopus adstante ait:  
 Hère, Bacchus tria possidet temperamenta, primum volu-  
 ptatis, secundum ebrietatis, tertium contumeliaz. Vos igi-  
 tur poti iam, & lātati, quæ reliqua sunt, omittite. Tū Xan-  
 thus iam ebrius, ait: Tace, inferis consule. Et Aesopus: Igi-  
 tur & in infernum distrahere. Ex discipulis autē quidam  
 subebrium iam Xanthum videns, & ut vniuersum dicam,  
 temulentum: O p̄receptor, inquit, potest' ne homo aliquis  
 ebibere mare? Et ille: Admodum quidem: ego enim ipse  
 hoc ebibam. Discipulus: At si non poteris, quamnam tibi  
 mulctam irrogabo? Tum Xanthus: Domum meā depono  
 totā. Atque interim depositis anulis pacta firmauerunt,  
 cum discesserunt. Postridie diluculo, excitato Xantho, ac  
 faciem lauante, auolum inter lauandum non vidit. Aeso-  
 sum de eo interrogat. Ille nescio inquit, quidnā factum  
 fuerit: sed vnum scio tātum, quod à domo decideris tua.  
 Tum Xanthus: Quamobrem? Aesopus: Quoniam heri e-  
 brius pepigisti mare ehibere, atq; in pactis depositisti & a-  
 nulū. Et is: Tum quomodo matus fide opus potero? verū  
 te nunc rogo, si qua cognitio, si qua prudentia, si qua ex-  
 perientia, p̄esto sis, ac opem porrige, ut vincam, aut pacta  
 dissoluā. Aesopus autē. Vincere quidem haud licet, sed ut  
 soluas pacta, efficiā. Cūm hodie rursus in vnum cōuen-  
 ritis, nullo modo videaris timere, verūm quæ pactus es e-  
 brius, eadē sobrius quoque dic. Iube itaque stramenta,  
 & mensam in litore ponī, & pueros paratos cum pocu-  
 lis porrigitere tibi marinā aquam. Cūm autem omnem vi-  
 deris turbam concurrisse ad spectaculum, ipse discumbēs  
 iube ex mari impleri poculum, atque hoc accepto omnibus  
 audientibus, dic pactis p̄fecto: Quænā apud nos for-  
 dera iniuimus? Atq; is respōdebit tibi, quod pepigeris ma-  
 re ehibere. Conuersus igitur tu ad omnes, sic dicio: Viri  
 Samij, scitis & vos penitus quamplurimos fluvios pro-  
 rūpere in mare, ego autem pepigi mare solum ehibere,  
 non etiā excuntia in ipsum flumina. hic itaq; scolasticus

prius coērceat flumina omnia, deinde statim mare solum  
ebibam. Xanthus autem futuram ex hoc pacti solutionem cognoscens, vehementer latatus est. Populus igitur  
ad litus confluit ad spectaculum eius, quod faciendum  
erat, cumque Xanthus quæ edoctus fuerat ab Aesopo, fe-  
cisset, ac dixisset, Samij admirati, acclamauerūt, ac ipsum  
laudarunt: Scholasticus autem, Xanthi pedibus obuolu-  
tae, & victum se constituebat, & pacta rogabat dissolui:  
quod & fecit Xanthus exorante populo. Profectis autem  
ipsis in domum, Aesopus adiens Xanthum, inquit: Per o-  
mnen vitam tibi gratificatus sum, non ne dignus sum, o  
here, consequi libertatem? At Xanthus obiurgando ipsum  
repulit, dicens: An nolo ipse hoc facere? sed exi ante vesti-  
bulum, & speculare: & si videris duas cornices, renuncia  
mihi: bonum enim augurium hoc. quod si unam videas,  
hoc malum. Accedens igitur Aesopus, cum duas forte i-  
ta cornices super quadam vidisset arbore sidentes, acce-  
dens, Xantho renunciauit. Exeunte autem Xantho, altera  
haru auolauit: & Xanthus altera solam videns ait: Non ne  
dixisti mihi execrande duas vidisse te? Et is: Ita, sed altera  
auolauit. Tum Xanthus: Deerat tibi fugitiae me ut delu-  
deres? Iubet igitur cum denudatum verberari. At dum Ae-  
sopus verberabatur, praefectus quidam inuitauit ad cœnā  
Xanthum, Aesopo inter verbera exclamante: Hei mihi  
misero: ego enim qui duas vidi cornices, verberor: tu ve-  
ro, qui unam tantum, in conuiuum abis. vanum itaque  
fuit augurium. Tum Xanthus solertiam eius admiratus,  
cessare iubet verbera. Non multis autem post diebus phi-  
losophos & rhetores cum inuitasset Xanthus, iussit Aeso-  
pū ante vestibulum stare, & nullum indoctum ingredi si-  
nere, sed doctos solos. Hora autem prandij clauso vesti-  
bulo, Aesopus intus sedebat. Ex inuitatis autem quodam  
profecto, & ianuam pulsante, Aesopus intus ait: Quid mo-  
uet canis ille putans canis vocari, iratus discessit: sic ergo  
vnuisque veniens, reuertebatur iratus, putans iniuria  
affici, Aesopo eadem omnes interrogante. Cum autem v-  
nus ex ipsis ostium pulsasset, interrogatus quid moueret  
canis, respondit: Caudam & aures. Aesopus ipsum recte  
iudicans respondisse, aperta ianua ad herum duxit, ac in-  
quit:

quit: Nullus philosophus ad conuiuium tuum venit ô here, præter hunc solum. Xanthus igitur valde tristatus est, deceptum se existimans ab inuitatis. Postridie cum venissent inuitati ad literarium Iudum, accusabant Xanthū, dicentes: Ut videris ô præceptor, cupiebas quidem ipse contemnere nos: sed veritus, putridum in vestibulo constitisti Aesopum, ut nos iniuria afficeret, & canes vocaret. Et Xanthus: Insomnium' ne id est, an vera res? Tum ille: Nisi stertimus, vera res. Confestim accessitus Aesopus, & rogatus cum ira, cuius rei gratia amicos ignominiosè amolitus esset, ait: Non tu mihi here mandasti, ne quem vulgarem ac indoctum hominem permitterem in tuum conuenire conuiuium, sed solos doctos? Tum Xanthus, Et quales hi, non' ne docti? Et Aesopus: Nullo pacto: ipsis enim pulsantibus ianuā, & me intus rogante quidnā moveret canis, nullus eorum intellexit sermonem. Ego igitur cum indocti omnes videretur, nullum ipsorum introduxi nisi hunc, qui docte respondit mihi. Sic igitur cū Aesopus respondisset, recte omnes dicere ipsum confirmarunt. Ac post dies rursus aliquot Xanthus sequente Aesopo, ad monimenta accessit, & quæ in arcis erant epigrāmata legens, se ipsum delectabat. At Aesopo in quadam ex ipsis inscalptas literas has vidente. *α. β. γ. δ. ε. ζ. ο. η. θ. ς. ρ. υ. χ. ψ.* ostendenteq; xātho, atque rogante, an hāsc nouisset: diligenter ille scrutatus, non potis fuit harum inuenire declarationem, ac fassus est dubitare omnino. Tum Aesopus: Si pér hanc columnulam, ô here, thesaurum ostendam tibi, qua re me remunerabis? Et is: Confide, accipies enim libertatem tuā, atque dimidium aurī. tunc Aesopus distans à cippo passus quatuor, & fodiens, accepit thesaurum, & tulit herō, dicens: Da mihi promissum, cuius gratia inuenisti thesaurum. Et Xanthus: Non, si & ego sapiam, nisi & sensum literarum mihi dixeris: nam scire hoc multò re inuenita mihi pretiosius. Et Aesopus: Qui thesaurum infudit hic, Id est, recevit vir eruditus literas inscalpsit has, quæ & inquiunt: *α. δεσπ ασις αποβας. β. βηματα. τ. τιτταρα. ο. ορυκτες. ε. εγγραφες. θ. θυραι. ρ. ρυτοι. υ. υποροι. χ. χειροι. ψ. ψευδες.* Xanthus autem: Quia ita solers es, & astudiens inuestis, non accipies tuam libertatem. Et Aesopus: Renuntia bo dandum aurum, ô domine, regi Byzantinorum: illi rū aureū.

Id est, Reā enim reconditum est. Et Xanthus: Vnde hoc nosti? Et ille  
 de regi Dio le: Ex literis: hoc enim inquiunt. α, ἀπόδοτος, β, βασιλεὺς, δ,  
 νύσιο τοῦ δούλων, ε, ὄντος, ζ, τύπος, θ, θηταυγόν, χ, χειρούς. Xanthus audiēs  
 inuenit: regis esse aurum, Aesopo ait: Accepto dimidio lucrī tace-  
 thesaurum aure. η. hic infodit, ac quemadmodum, audi: hoc enim dicunt li-  
 teræ, α, ἀπόδοτος, β, βασιλεὺς, δ, διάτοκτος, ε, ὄντος, ζ, τύπος, θ,  
 χειρούς. At Xanthus: Venias, inquit, in domum,  
 ptum eun-  
 tes diuidite  
 quem inue-  
 nitis the-  
 saurum au-  
 reum.  
 ut & thesaurum diuidamus, & tu libertatem accipias.  
 Profectis ergo, Xanthus timens Aesopiloquacitatem, in  
 carcerem ipsum iussit iniisci. Cūm abduceretur Aesop-  
 pus, sic inquit: Huiusmodi sunt promissa philosopho-  
 rum? non solum enim non accipio meam libertatem,  
 sed in & carcerem iubes iniisci me. Xanthus igitur iussit  
 ipsum solui, & ait ei: Nimirum recte inquis, vt parta li-  
 bertate, vehementius sis contra me accusator. Tum Ae-  
 sopus dixit: Quodcunque mihi potes facere, fac ma-  
 lum: omnino vel iniuitus liberabis me. Ea verò tem-  
 pestate huiusmodi res Sami obtigit. Cūm publicè fe-  
 dum celebraretur, repente aquila deuolans, & publicum  
 rapiens anulum, in serui sinum demisit. Itaque Samij  
 perterriti, cūm ob hoc prodigium incidissent in multum  
 mōrem, in unum coacti, cōperunt rogare Xanthum,  
 quod primus ciuium esset, & philosophus, vt sibi iudi-  
 cium prodigiij manifestaret. At ille omnino ambigens,  
 tempus petiit. Profectus igitur domum, tristis erat ad-  
 modum, & sollicitudinibus immersus, vt qui nihil iudi-  
 care posset. Aesopus verò mōtore Xanthi cognito, au-  
 diens ait: Qua causa, ὦ here, sic perseveras tristari? Mihi  
 committe, vale dicto mōtori. Cras in forum profectus  
 die Samijs: Ego neque prodigia soluere didici, neque au-  
 gurari: sed puer mihi est multarum rerum peritus, ipse vo-  
 bis quēstum soluet. Et si ipse consecutus fuero solutio-  
 nem here, tu gloriam reportabis, tali vtens seruo: sin mi-  
 nus fucto consecutus, mihi soli erit dedecus. Persuasus i-  
 gitur Xanthus, postero die in theatrum profectus, & astas  
 in medio, iuxta monita Aesopi concionatus est ijs, qui  
 conuenerant. Illi verò statim rogabant Aesopum acciri.  
 Qui cūm venisset, staretque in medio, Samij facie ipsius  
 confide-

¶ Y Y A . 2 .

considerata, detidentes clamabant: Hæc facies prodigiū soluet ex deformiū hoc quid vñquam boni audiemus? Ita ridere cōperunt. At Aesopus extenta manu silentio petito, inquit: Viri Samij, quid faciem meā cauillamini? non faciem, sed animum respicere oportet: saepe enim in turpi forma bonum animum natura imposuit. An vos extiorem testarum formam consideratis, ac non potius interiorem vini gustum? Hæc ab Aesopo cùm audissent omnes, dixerunt: Aesope, si quid potes, die ciuitati. Ille igitur audacter ait: Viri Samij, quoniam Fortuna, quæ contentionis studiosa est, gloriæ certamen proposuit domino & seruo: si seruus inferior videatur domino, verberibus cæsus abibit: sin autem præstantior, nihilominus & sic verberibus lacerabitur. Si vos per meam libertatem, loquendi mihi fiduciam indulseritis, ego nūc vobis intrepide quæsumus narrabo. Tunc populus vno ore clamabat ad Xanthum: Libertate dona Aesopum, obtempera Samijs, largi-  
re libertatem eius ciuitati. At Xantho non annuenti, Pre-  
tor ait Xantho: Si tibi non placet auscultare populo, ego  
hac hora Aesopum libertate donabo, & tunc tibi æqualis  
fuerit. Tunc igitur Xanthus necessariò libertatem reddi-  
dit, & præco clamauit: Xanthus philosophus liberum Samijs largitur Aesopum. atque interim finem sermo Aesopi accepit dicentis Xantho, vel inuitus nec libertate donabis. Aesopus itaque libertatem consecutus, stans in medio, ait: Viri Samij, aquila ut scitis, regina avium est.  
Quoniam autem imperatorum anulum hæc raptum de-  
misit in servi sinum, hoc significare vult quendam ex ijs,  
qui nunc sunt, regem, velle vestram: libertatem in seruitu-  
tem redigere, atque sanctitas leges irritas facere. His au-  
ditis Samij mœrore repleti sunt. Sed non multo post tem-  
pore & literæ à Cræso Lydoru rege venerunt ad Samios,  
iubentes eis ut in posterum tributa sibi penderent: sin mi-  
nus obtemperassent, ut ad pugnam se pararent. Consulta-  
bant igitur vniuersi. Timuerunt enim subditi fieri Cræso,  
conducibile tamen esse & Aesopum consulere. Et ille con-  
sultus ait: Cùm principes vestri sententiam dixerint de  
tributo dando obtemperandum esse regi, consilium iam  
minime, sed narrationem vobis afferam, & scietis quid

conducat. Fortuna duas vias ostendit in vita, alteram libertatis, cuius principium accessu difficile, sed finis planus: alteram seruitutis; cuius principium facile, & accessibile, finis autem laboriosus. His auditis, Samij exclamauerunt: Nos cum simus liberi, servi esse gratis nolumus: & oratorem infecta pace remiserunt. His ergo cognitis, Cœslus decrevit bellum in Samios mouere. Sed legatus retulit: Non poteris Samios debellare, quandiu est apud eos Aesopus, & consilia suggerit. Potes autem magis, ait, ô rex, legatis missis, petere ab ipsis Aesopū, pollicitus eis & gratias alias relaturum, & remissionem iusorum tributurum: tunc forte poteris eos superare. Cœslus his persuasus, legato misso dedi sibi petebat Aesopum. Samij autem hunc tradere decuerunt. Quo cognito, Aesopum in media concione stetit, ac inquit: Viri Samij, & ego permulti facio ad regis pedes proficisci: volo autem vobis fabulam dicere. Quo tempore animalia inter se loquebantur, lupi bellum ouibus intulerunt. Vnā vero cum ouibus canibus præliantibns, ac lupos atcentibus, lupi legato misso dixerunt ouibus, si voluerint vivere in pace, & nullum suspicari bellum, ut canes sibi tra derent. Ouibus ob stultitiam persuasis: & canibus trajectis, lupi & canes dilacerarunt, & oves facilimè occiderunt. Samij igitur fabula: sensu cognito, decreuerunt apud se detinere Aesopum. Ille vero non tulit, sed cum legato vnā soluit, & ad Cœsum se contulit. Profectis autem ipsis in Lydiam, Rex antè se stantem Aesopum videns, indignatus est dicens: Vide qualis homuncio impeditamento mihi ad tantam insulam subigendam fuit. Tum Aesopus: Maxime rex, non vi, neque necessitate coactus ad te veni, sed sponte adsum, sustine autem me parumper audire: Vir quidam cum locustas caperet, occidereique, ceperit & cicadam: cum & illam veller occidere, inquit cicada: O homo, ne me frustra occidas: ego enim nequie spicula laedo, neque alia in re quapiam iniuria te afficio: motu vero, quæ in me sunt membrularum, suavitè cantò, delestantis viatores: præter igitur vdcem in me amplius nihil innuchiens: Ille his auditis permisit abiisse. Et ego itaque, ô Rex, tuos pedes attingo, ne me sine causa occidas: non enim

De lupis et  
cubibus.De homi-  
ne & ci-  
cada.

enim possum iniuria quenquam afficere, sed in vili cor-  
porē generosum loquor sermonē. Rex autem miratus  
simul & miseratus ipsum, ait: Aesope, non ego tibi largior  
vitam, sed fatum: ergo quod vis pete, & accipies. Et ille:  
Rogo te, ô rex, reconciliare Samijs. Cumq[ue] rex dixisset,  
reconciliatus sum, procidens ille in terram, gratias ei a-  
gebat. Et post h[ec] suas conscripsit fabulas, quas in hunc  
vsque diem extantes apud regem reliquit: Acceptis au-  
tem ab ipso literis ad Samios, quod Aesopī gratia eis re-  
conciliatus fuerit, atque muneribus multis, nauigauit in  
Samum. Samij igitur hunc videntes, & coronas ei intu-  
lerunt, & choreas eius gratia constituerunt. Ille autem &  
regis literas legit, & ostendit quod sibi donatam à popu-  
lo libertatem, libertate rursus remuneratus fuerit. Post  
h[ec] verò ab insula décedens, circuibat orbem, vbiique  
cum philosophis disputando. Profectus & in Babyloni-  
dem, & suam ipsius doctrinam demonstrando, magnus  
apud Regem Lycerum evasit. Illis enim temporibus re-  
ges inuicem pacem habentes, atque delectationis gratia  
questiones vicissim sophisticas scribendo mittebāt; quas  
qui soluerent, tributa p[ro]cta à mittentibus accipiebant:  
qui verò non, æqualia præbebant. Aesopus igitur quæ  
mittebantur problemata Lycero intelligens dissoluebat;  
& clarum reddebat regem, & ipse Lyceri nomine altera  
itidem regibus remittebat: quæ cùm remanerent insolua-  
ta, tributa rex quām plurima exigebat. Aesopus autem  
cùm non genuisset filios, nobilem quendam Ennum no-  
mine adoptavit, atque ut legitimū filium regi allatum,  
commendauit. Non multo autem p[ro]st tempore, Ennus  
cūm adoptantis concubina rem habuit: hoc sciens Aes-  
opus expulsurus erat domo Ennum, qui in illum ira  
correptus, epitolamque fictam, ab Aesopo scilicet ad eos,  
qui sophismatis cum Lycero certabant, quod ipsi para-  
tus esset adhaerere magis, quām Lycero, regi dedit Aeso-  
pi signatam anulo. Rex & sigillo credens, atque inexo-  
rabilis ira percitus, statim Hermippō iubet, nulla exami-  
natione facta, tanquam proditorem occideret Aesopū.  
At Hermippus & amicus fuerat Aesopo, & tunc se am-  
cum ostendit: in sepulcro enim quodam nemine sciente  
occulta-

Quando cō  
scripsiterit  
Aesopus fa-  
bulas.

occultauit hominem, & secretò nutriuit. Eonus autem regis iussu oninē Aesopiam administrationē suscepit. Quodam post tempore Nechtenabo rex Aegyptiorum audiens Aesopum mortuum esse, mittit Lycero statim epistolam, architectos sibi mittere iubētem, qui turrim ædificant, quæ neque cælum, neque terram attingat, & aliquem qui semper respondeat ad omnia quæcunque rogauerint: quod si fecisset, tributa exigeret: sin minus, solueret. His lectis Lycerus mœtore affectus est, cum nullus ex amicis posset quæstionem de turri intelligere. Rex verò & columnam sui regni dicebat interijsse Aesopum. Hermippus autem dolore regis ob Aesopum cognito, adjicit regem, & viuere illum renunciauit, addiditque ipsius causa Aesopum non peremisse, sciens quod pœniteret aliquando regem sententiat. Rege autem vehementer his letato, Aesopus fōrdens ac squalens totus, adductus est. Cumq; rex ut eum vidit, illacrymasset, atque ut lauaretur, aliaq; cura afficeretur, iussisset, Aesopus post hoc & de quibus accusatus fuerat, causas confutauit: ob quæ cum rex Ennū esset occisurus, Aesopus ei-veniam petiit. Post hæc autem Rex Aegypti epistolam Aesopo dedit legēdam. At ille statim solutione cognita quæstionis, risit, ac rescribere iussit: cū hyems praterisset, missum iri & qui turrim essent ædificaturi, & aliquem qui responderet ad rogata. Rex igitur Aegyptios legatos remisit, Aesopo autem pristinam administracionem tradidit omnem, deditum ei tradens & Ennum. At Aesopus acceptum Ennum nulla in re tristitia affectit, sed ut filium rursus receptum inter cetera his admonuit verbis: Fili, ante omnia cole Deum. Regem honora. Inimici tuis terribilem te ipsum præbe, ne te contemant: amicis facilem & cōmunicabilem, quod longè benevolentes tibi sint. Item inimicos male habere precare & esse pauperes, ne te possint offendere: at amicos in omnibus bene valere velis. Semper vxori tuę bene adhære, ne alterius viri periculum facere velit: leue enim mulierū est genus, ac delinitū adulazione minus mala cogitat. Velocem ad sermonem ne posside auditum. Lingue cōtinens esto. Bene agentibus ne inuidie, sed cōgratulare: inuidens enim te ipsum magis offendes. Domesticorū tuorum satage, ut

re, non

Precepta  
que dedit  
Aesopus  
Enno.

te, non solum ut dominum timeant, sed etiam ut benefac-  
 torem venerentur. Ne pudeat discere semper meliora.  
 Mulieri non vñquā credas secreta, nam semper armatur,  
 quomodo tibi dominetur. Quotidie in diem crastinū re-  
 conde: melius enim mortuum inimicis relinquere, quām  
 viuentē amicorū indigere. Salutato facile, qui tibi occur-  
 runt, sciens & catulo caudam panem comparare. Bonum  
 esse ne pœnitentia. Susurronem virum ejusce domo tua, nam  
 quæ à te dicuntur, ac fiunt, alijs communicabit. Fac quæ  
 te non mœstificent. Contingentibus ne tristare. Neque  
 praua ineas vñquā consilia, neque mores malorū imi-  
 teris. His ab Aesopo Ennus admonitus, tū sermone, tum  
 sua conscientia, vt sagitta quadam percussus animum, pau-  
 cis post diebus è vita discessit. Aesopus autem aucupes  
 omneis accersiuit, atque aquilarum pullos quatuor ut ca-  
 perent, iubet: sic itaque captos nutriuit, ut dicitur, ac in-  
 struxit (cui rei non magnā fidem adhibemus) ut pueros in  
 sportis ipsis appensis gestando in altū volarent, atque ita  
 obedientes pueris essent, ut quo cunque illi vellet, vola-  
 rent, siue in altū, siue in terrā deorsum: præterito verò hyc  
 mali tempore, ac Vere atridente, cum ad iter omnia pa-  
 rasset Aesopus, & pueros accepisset, & aquilas, decessit in  
 Aegyptum, multa imaginatione & opinione ad stupefa-  
 tionem illorum hominum vsus. Sed Nectenabo auditio  
 adesse Aesopū: Insidijs circumuentus sum, inquit amicis,  
 quia intellexerā Aesopum mortuum esse. Postridie autem  
 iussit rex, ut omnes magistratus candidis circundarentur  
 vestibus: ipse igit̄ induit, & coronā, ac gēmatam xīt̄ḡv̄. Cumq; sedens in alto solio, Aesopum introduci iussisset,  
 Cui me assimulas (ingredienti inquit) Aesope, & eos qui  
 mecum sunt? Et ille: Te quidem, Soli verno: qui verò te  
 circumstant, maturis aristis, & rex admiratus ipsum, & do-  
 nis eum prosecutus est. Postero autem die rursus rex can-  
 didissimam togam indutus, amicis purpureas iussis acci-  
 pere, ingredientem Aesopum iterum rogauit. Et Aesopu-  
 s: Te, inquit, comparo Soli: hos autem qui stant cir-  
 cūm, radijs solaribus. Et Nectenabo: Puto nihil es-  
 se Lycerum præ meo regno. Et Aesopus subridens:  
 Ne facile de illo sic loquere, ô rex: nam genti vestræ  
 vestrum

vestrū regnum collatū, instar Solis lucet: at si Lycero com-  
 paretur, nihil aberit, quin splendor hic, tenebræ appareat.  
 Et Nestenabo apposita verborū responsione stupefactus:  
 Attulisti nobis, ait, qui turrim ædificē? Et ille: Parati sunt,  
 si modò ostendas locum. Postea egressus extra urbem rex  
 in planiciem, ostendit dimensum locum. Adductis igitur  
 Aesopū ad ostensos loci angulos quatuor aquilis una cū  
 pueris per sacculos appensis, ac puerorū nianibus datis  
 fabrorū instrumentis, iussit euolate: illi verò sublimes:  
 Date nobis, clamabant, lapides, date calcem, date ligna,  
 & alia, quæ ad ædificationem apta sunt. Sed Nestenabo  
 visis pueris ab aquilis in altum sublatis, ait: Vnde mihi  
 volucres homines? Et Aesopus: Sed Lycerus habet: tu au-  
 tem homo cùm sis, vis cum æquo dijs regi contendere.  
 Et Nestenabo: Aesope victus sum: percontabor autem  
 te, tu responde. Et ait: Sunt mihi fœminæ hic equæ, quæ  
 cùm audiuerint eos, qui in Babylone sunt, equos hin-  
 nientes, statim concipiunt. Si tibi ad hoc est doctrina,  
 ostende. Et Aesopus: Respondebo tibi cras, ô rex. Profe-  
 stus verò vbi hospitabatur, felem iubet pueris compre-  
 hendi, & captum publicè circumduci verberando. Ae-  
 gyptij autem illud animal colentes, cùm sic ipsum male  
 tractari viderent, concurserunt, & felem è manu verbe-  
 rantium eripuerunt, ac rem celeriter renunciarunt regi.  
 Qui vocato Aesopo: Nesciebas, inquit, Aesope, tanquam  
 Deum à nobis coli felem? quare igitur hoc fecisti? At ille,  
 Lycerum regem iniuria affecit, ô rex, præterita nocte  
 hic felis. Gallum enim eius occidit pugnacem, & gene-  
 rosū, præterea & horas ei noctis nuntiantem. Cui rex:  
 Non pudet te mentiri Aesope? Quonam modo una no-  
 cete felis ab Aegypto iuit in Babylonem? Tum ille subri-  
 dendo inquit: Et quo modo, ô rex, Babylone equis hin-  
 nientibus, hinc equæ fœminæ concipiunt? Rex autem his  
 auditis, prudentiam Aesopi felicem esse dixit. Post hæc  
 autem cùm acciuisset ex Heliopoli viros quæstionum so-  
 phisticarum peritos, atque de Aesopo cum eis disputa-  
 set, inuitauit unā cum Aesopo ad conuiuum. Discum-  
 bentibus igitur ipsis, quidam Heliopolita inquit Aesopo:  
 Missus sum à Deo meo quæstionem quandam rogatus  
     te, vr

te, ut ipsam solueres. Cui Aesopus: Mentiris, Deo enim ab homine nihil opus est discere : tu autem non solum te ipsum accusas, sed Deum tuum. Alius rursus ait: Est templum ingens, & in ea columna, duodecim vrbes continēs, quarum singulae triginta trabibus fulciuntur, quas circum currunt: duæ mulieres. Tum Aesopus ait: Hanc quæstionem apud nos soluent & pueri. Templum enim est hic mundus: Columna, annus: Vrbes, menses: Et trabes, horū dies. Dies autem & nox, duæ mulieres, quæ vicissim sibi succedunt. Postridie conuocatis amicis omnibus, Nectenabo inquit: Propter Aesopum hunc debebimus tributa regi Lycero. At ex his unus ait: Iubebimus ei quæstiones dicere nobis ex ijs, quæ neque scimus, neque audiuimus. Et ille: Cras hac de re vobis respondebo. Decedens igitur & composito scripto in quo cōtinebatur: Nectenabo contiens mille talenta Lycero debere, manè reuersus Regi scriptū reddidit. Regis autem amici priusquā aperiretur scriptum omnes dixerunt: Et scimus hæc, & audiuimus, & vere scimus. Et Aesopus: Habeo vobis gratiā restitutio- nis causa. At Nectenabo confessione debitī lecta ait: Me nihil Lycero debente, omnes vos testificamini? Illi mutati dixerunt: Neq; scimus, neq; audiuimus. Et Aesopus: Si hæc ita se habent, solutum est quæstūm. Ad hæc Nectenabo: Felix est Lycerus, taleni in regno suo doctrinam habens. Ergo pacta tributa tradidit Aesopo, atque in pace remisit. At Aesopus in Babylonem profectus, narravit Ly cero acta in Aegypto omnia, & tributa reddidit. Lycerus autem iussit statuam aureā Aesopo erigi. Non multo autem post tempore, Aesopus in Græciam decreuit nauigare, compositioneque cum rege facta, discessit, iuratus ei prius proculdubio redditum se in Babylonem, atque illic reliquum vitæ victurum. Peragratiss autem Græcis vrbi bus, & sua doctrina patrefacta, peruenit & Delphos: verūm Delphi differentem quidem audierunt libenter, sed honore & obseruantia cum affecerunt nulla. Is autem ad eos suspiciens ait: Viri Delphi, succurrit mihi ligno vos comparare, quod in mari fertur: illud etenim procul videntes dum fluctibus agitatur, magni pretij esse existimamus, postquam autem proximè aduenit, vilissimum appetet. Et

ego

ego itaque cùm procul essem ab vrbe vestra , vt eos , qui  
 existimatione digni sunt, vos admirabar: nunc autem ad  
 vos profectus, omnib⁹, vt ita dixerim, inueni inutiliores.  
 sic deceptus sum. Hæc cùm audiuerint Delphi , & ti-  
 merent , ne aliquo modo Aesopus ad alias vrbes acce-  
 dens male de se diceret , decreuerunt dolo hominem oc-  
 cidere . Auream igitur phialam ex eo , quod apud se era-  
 rat sacello Apollinis accipientes, claram in Aesopi abscon-  
 derunt stratis. Cùm Aesopus verè ignoraret quæ ab ipsis  
 dolo facta fuerant , egressus ibat in Phocidem. At Del-  
 phi aggressi , & detinentes ipsum , percontabantur vt sa-  
 crilegum . Illo autem negante aliquid fecisse eiusmodi,  
 illi vi stratis euolutis,auream inuenierunt phialam, quam  
 etiam acceptam omnibus ciuib⁹ ostenderunt non cum  
 paruo tumultu. Igitur Aesopus cognitis illorum insidijs,  
 rogauit eos, vt solueretur. Hi autem non solum non sol-  
 uerunt, sed vt sacrilegum in carcerem quoque iniecerunt,  
 morte eius suffragijs decreta . Aesopus autem cùm nulla  
 astutia à mala hac fortuna liberari posset, seipsum in car-  
 cere lugebat sedens . Ex familiaribus autem ipsius qui-  
 dam,Damas nomine, ad ipsum ingressus , & videns eum  
 sic lamentari,causam rei rogauit. Ille ait: Mulier quædam  
 cùm recenter suum virum sepeliuisset, quotidie profecta  
 ad tumulum,plorabat. Arans autem quidam non procul  
 à sepulcro , amore captus est mulieris , & derelictis bo-  
 bus,init & ipse ad tumulum, ac sedens vñā cum muliere  
 plorabat. Cùm illa rogaret cur' nam & ipse sic lugeret:  
 Quoniam & ego,inquit,decentem mulierem sepeliui,&  
 posteaquām ploraero,mœstitia leuor. Illa autem: Mihi  
 idipsum similiter accidit, Et ille: Si igitur in eadē inci-  
 diimus mala,cur' nam inuicem non coniungimur? ego e-  
 tenim amabo te,vt illam:& tu me rursus vt tuum virum.  
 His persuasit mulieri,& conuenerunt:interim autem fur  
 profectus,& bouessoluens,abegit. Ille autē reuersus,non  
 inuentis bobus , & plangere , & lugere vehementer insti-  
 tut. Profecta est & mulier:& lamentantem inueniens,in-  
 quirit: Iterum ploras? Cui ille: Nunc, ait, verè ploro. Et ego  
 itaq; multis euitatis periculis,nunc verè fleo,solutionem  
 mali necunde inueniens . Post hæc assuerunt & Del-  
 phi, &

phi, & extractum ipsum è carcere trahebant in præcipitium. Ille autem eis dicebat: Quando colloquebantur animalia bruta, mus ranæ amicus factus, ad cœnam eam inuitauit, & abducta in penarium diuitis, vbi multa edulicarent: Comede, inquit, amica rana. Post epulacionem & rana murem in suam inuitauit cœnationem. Sed ne defatigere, inquit, natando, filo tenui tuum pedem meo alligabo. Atque hoc facto saltauit in paludem. Ea autem vrinata in profundum, mus suffocabatur, & mortiens ait: Ego quidem per te morior, sed me vindicabit maior. Supernatante igitur mortuo mure in palude, deuolans aquila hunc arripuit vñà cum eo etiam appensam ranam: sicq; ambos deuorauit. Et ego igitur, qui vi per vos morior, habebo vtorem. Babylon enim & Græcia omnis meam à vobis exigent mortem. Delphi tamen ne sic quidem pepercerunt Aesopo. Ille autem in Apollinis confugit facellum, sed ij & illinc extraxerunt irati, & in præcipitium rursus traxerunt. Aesopus cùm abduceretur, dicebat, audite me Delphi: Lepus aquila insectante in lustrū scarabei configit, rogans vt ab eo seruaretur. Scarabeus autem rogabat aquilam ne occideret supplicem, obtestas ipsam per maximum Iouem, saltem ne despiceret parvitudinem suam. Illa verò irata, ala percutiens scarabeum, leporem raptum depasta est. Scarabeus autem cum aquila volauit, vt nidum eius disceret, ac iam profectus oua eius deuoluta dirupit. Illa cùm graue existimaret, si quis hoc ausus fuisset, & in altiore loco secundò nidificasset, & illic rursus scarabeus ijsdem hanc affecit. Aquila autem inops consilij penitus, ascendit ad Iouē (in cuius enim tutela esse dicitur) & in ipsius genibus tertiarā ouorum posuit, Deo ipsa commendans, & supplicans vt custodiret. At scarabeus è stercore pilula facta, ascendit, & in sinum Iouis eam demisit. Iupiter assurgens vt simili excuteret, & oua abiecit oblitus, quæ & contrivit deiecta. Sed cùm didicisset à scarabeo, quod hæc fecisset, vt aquilam vlcisceretur (non enim scarabeum tantum illa affecit iniuria, sed & in Iouem ipsum impia fuit) aquilæ reuersæ ait, scarabeum esse qui affecit mortore, & certè iure affecisse. Nolens igitur aquilarum genus deficere, consulit scarabeo,

vt aqui-

ut aquila reconciliaretur. Cum hic non paruisset, ille in aliud tempus transposuit aquilarum partum, cum non appareant scarabei. Et vos igitur o vixi Delphi, ne despicite hunc Deum, ad quem profugi: & si paruum sortitus est delubrum, neque enim impios negliget. Delphi vero hęc parum curantes, recta ad mortem itidem ducebant. Aesopus nulla re a se dicta videns eos flecti, rursus ait: Vixi crudelis & interfectores audite: Agricola quidam in agro consenuit: cum nunquam ingressus esset in urbem, precebatur domesticos ut eam videret. At illi iunctis asellis, atque in currum eo imposito, solum iusserunt agere. Eunti autem procella & turbine aerem occupantibus, & temnebris factis, aselli a via aberrantes, in quoddam precipitum deduxerunt senem. At ille iam præcipitandus: O Iupiter, ait, qua in re te iniuria affeci, quod sic iniquè occidor, præsertim cum neque ab equis generosis, neque a mulis bonis, sed ab asellis vilissimi? Et ego itaque eodem nunc modo tristor, quoniam non ab honoratis viris, & elegantibus, verum ab inutilibus & pessimis interficior. Iamque præcipitandus, eiusmodi dixit rursus fabulam: Vir quidam suam deamans filiam, rus misit uxorem, solam autem filiam receptam violauit. Illa autem: Pater, ait, sclesta facis, optarem tamen a multis potius viris dedecore hoc affici, quam a te, qui me genuisti. Hoc nunc & in vos, o iniqui Delphi dico, quod eligetem in Scyllam & Charybdim potius incidere, ac in Africæ Syrteis, quam per vos iniuste atque indignè mori: execror igitur vestram patriam, & deostestor, me præter omnem iustitiam interire, qui me vlciscetur exauditum. Præcipitem igitur ipsum dederunt de rupe, & mortuus est. Non multò post autem pestilentia laborantes, oraculum acceperunt expiandam esse Aesopi mortem. Cui quod & conscijs sibi essent, iniuste cum interfecisse, etiam cippum erexerunt. Sed primates Graciæ, ac doctissimi quique, cum & ipsi quæ in Aesopum facta fuissent, intellexissent: Delphos profecti sunt, & cum illis habita inquisitione, ultores & ipsi Aesopi mortis fuerunt.

FABVLÆ QVID, ET QVOT V-  
PLEX: EX APHTHONII SOPHISTÆ  
EXERCITAMENTIS.

**F**ABVLÆ profecta quidem est à poëtis, sed ex rhe-  
toribus communis facta est admonendi gratia. EST  
autem fabula sermo fictus, imagine quadam repre-  
sentans veritatem. Atque alia sybaritica, alia Cilix, alia  
Cypria dicitur, accepto ab inuentoribus nomine. Verum  
quoniam Aesopus egregie præter ceteros conscripsit fa-  
bulas, euicit ut potius Aesopia diceretur. Ea vero est tri-  
plex, Rationalis, Moralis, Mista. Rationalis, in qua ali-  
quid ab homine geri configitur. Moralis, quæ eorum  
imitatur mores, quæ sunt rationis expertia. Mista vero,  
quæ rationale irrationaleque complectitur. Eam autem  
admonitionem, cuius causa fabulam constitueru, Ante-  
fabulationem præpositam, postpositam vero, Affabu-  
lationem dices.

**¶** Fabula, qua formicarum & cicadarum exem-  
plio hortantur iuuenes ad laborem.  
**C**ICADAE olim etate assiduis cantibus indulge-  
bant, formicæ vero hyemis memores, laboribus fru-  
ctibusque colligendis operâ dabant. Verum cùm hyems  
aduenisset, formicæ ijs quæ collegerant, pascabantur: Ci-  
cadas autem delectatio illa, & canendi voluptas, eo in-  
digenitæ miseriæque perduxit, ut esirirent omnes, &  
fame conficeretur. Sic inuentus laborum fugitans, mæ-  
lè habet in senectute.

**¶** Ex Philostrati imaginibus, Fabulae.  
**F**ABVLÆ se ad Aesopum, sua in eum benevolen-  
tia conferunt, quod satagit sui. Fabula quisque &

Homero, & Hesiodo, nec non & Archilocho in Lycaen curae sunt. Sed ab Aesopo humana omnia ad fabellas redacta sunt, sermone brutis non temere impetrato: nam & cupiditatem tollit, & libidinem insectatur, et fraudem. Atque hac ei leo quissiam agit, & vulpes, & per louem equus: nec testudo muta: ex quibus pueri discunt, que in vita gerantur. Habentur igitur in prelio fabulae propter Aesopum. accedunt ac tanquam dotti huins, vittis eū deuincturae, coronaq; oleagina corona-turae. hic, ut puto, fabulam aliquam texit: risus enim faciei, & oculi in terram defixi id præse ferunt. pictorem, fabularum curas remissiore animo indigete; non latuit: Philosophatur autem pictura & fabularum corpora. Brutus enim cum hominibus conferens, cætum circa Aesopum statuit ex illius scena cōfictum: Chori dux vulpes depicta est. Vtitur enim ea Aesopus ministrorum argumentorum plurimum, cœu Dauo Comœdia:

¶ Ex Hermogenis exercitamentis; Prisciano;

FABVLA est oratio ficta, verisimili dispositione imaginem exhibens veritatis. Ideo autem hanc primam trare pueris solent Oratores, quia animos eorum adhuc molles ad meliores facile vias ritè instituunt. Vsi sunt ea tamen vetustissimi quoque autores, vt Hesiodus, Archilochus, Horatius. Hesiodus quidē luscine; Archilochus autem vulpis, Horatius muris. Nominantur autem ab inceptoribus fabularū, alia Aesopia, alia Cypria, alia Libyæ, alia Sybaritica, omnes autē cōmuni-ter, Aesopia dicuntur; quoniam in cōuentib; fr̄quenter solebat Aesopus fabulis vti. Mendacē quidem esse nolunt fabulam sed ad vitam vtilem, nec non & verisimilem.

milem. Est autem verisimilis, si res, que subiectis accidunt personis, aptè reddantur: ut puta de pulchritudine aliquis certat, paucus supponatur hic. Oportet alicui astutiam tribuere, vulpecula est subyicienda. Imitatores aliquos hominum volumus ostendere, hic Simijs est locus. Oportet igitur modo breuiter, modo latius eas disserere. Quomođ autem hoc fiet? Si nunc narratione simplici proferantur, nunt etiam sermo inductus singatur personis. Exempli causa: simiae conuenerunt, & consiliū habuerunt de urbe condēda: & quia placuit illis, para- ta erant incipere adificationem, sed vetus simia prohibuit ab incepto, eas docens, quod facile capiātur, si intra muros concludātur: sic breuiter dices. Si velis producere, sic: simiae conuenerunt, & consiliabātur de urbe condenda, quarū una in mediū veniens concionata est, quia oportet ipsas quoque ciuitatem habere. Videlis enim, aiebat, quod ciuitatem habendo felices homines sint, domos etiā habēti singuli, & in concione uniuersi, & in theatrū ascendentes delectat animos spectationibus et auditionibus varijs. Et sic proferes orationē in orando, dicens, quod et plebis citū scriptū est, & singes etiā orationem veteris simiae. Expositio autē fabularū vult circumventionibus carere, & incūdior esse. Sed oratio, qua utilitas fabule retegitur, quam iustitio vocat, quod nos afflictionem possūmus dicere, à quibusdam prima, à plerisque rationabilius postrema ponitur. Scindū vero, quod etiam oratores inter exempla solent fabulis uti.

L A V R E N T I U S . V A L L E N S I S  
I N S I G N I V I R O A R N O L D O F O V E L  
L E D A E S A L V T E M -

PROMISERAM nuper, me tibi coturnices,  
 quas ipse venatus essem, missurum. Eas capere  
 (vt homo venandi insuetus) cum non possem,  
 ad venationem meam, id est, ad literas me con-  
 uerti. Ut fortè ad manus venit libellus Græcus  
 ex præda nauali, tres & triginta Aesopi fabulas  
 continēs, has omnes bidui labore venatus sum.  
 Mitto igitur ad te, siue fabellas, siue niauis co-  
 turnices, quibus oblectare te possis ac ludere.  
 Etenim si Octauianum, Marciisque Antoniū,  
 orbis terrarum principes, ludo coturnicūm de-  
 lectatos accepimus: profectò tu vir literarum a-  
 mantissimus, & literato hoc genere ludendi de-  
 lectaberis. Et si quis Octauiano aut Antonio pu-  
 gnacem aliquam harum auium dono dedisset,  
 iucundam illis rem, gratamque fecisset: ego quoq;  
 tibi iucundus gratusque ero, qui plures triginta  
 eius generis aues dono mitto, pugnaces, victri-  
 ces, & (si fortè magis hoc te iuuat) etiā pingues.  
 Oblectant enim hæ fabellæ, & alunt, nec minus  
 fructus habent, quam floris. Sed ne donū suum  
 laudare insolentis sit, finem faciam. Tu si cotur-  
 nices veras, quam has fabellas, malis, rescribe:  
 Mittam namque non modò coturnices, sed etiā  
 perdices. Ex vrbe Caieta Calendis Maij, M.  
 ccccc. xxxviii.

## ¶ De vulpe &amp; capro.

VULPES et caper sitibundi in puteū quendā descen-  
 derunt: in quo cùm perbibissent, circunspiciens  
 capro redditum, vulpes ait: Bono animo esto caper: exco-  
 gitavi namque quo pacto uterque reduces simus. Si qui-  
 dens

dem tu eriges te rectum primoribus pedibus ad parietem admotis, cornuaque, adducto ad pectus mentio, reclinabis: & ego per terga cornuaque tua transiliens, et extra puteum euadens, te istinc postea educam. Cuius consilio fidem habente capro, atque, ut illa dicebat, obtemperante, ipsa è puteo resiliit: ac deinde pre gaudio in margine putei gestiebat exultabatque, nihil de hirco cura habens. Caterum cum ab hirco ut fædis fraga incusaretur, respondit: Enim uero hirce, si tantum tibi esset sensus in mente, quantum est setarum in mento, non prius in puteum descendisses, quam de reditu exploratum habuisses:

Hæc fabula innuit virum prudentem debere finem explorare, antequam ad rem agendam veniat.

### ¶ De vulpe & pardo.

V U L P E S & pardus de pulchritudine altercabatur: & pardo suam pellem versicolorem extollente, vulpes suam cum non posset præponere, inquit: At quanto ego speciosior, que non corpus, sed animum versicolorem forrita sum.

Hæc fabula innuit pulchritudinem animi antecellere pulchritudinem corporis.

### ¶ De cata & Venere.

C A T A quædam delicium erat cuiusdam formosi adolescentis. Hanc ille ut infaminam mutaret, Venerem comprecatus est. Dea miserta cupiditatis adolescentuli, conuerit bestiam in speciosam puellam. Cuius forma inardescens adolescentulus, adducit illam secum domum. Quibus confidentibus in cubiculo, Venus volens periculum facere nunquid illa cum corpore mutasset & mores, murem in medio dimisit. At illa eorum qui adherant, & cubiculi nuptialis immemor, è cubili con-

A 3      surgens

*surgens murem insequebatur, illū comedere cupiens: tū  
Dea indignata, eam iterum in suam restituit naturam.*

Hec fabula innuit scelestos homines etiam si conditionem  
statumque mutent, tamen mores nequaquam mutare.

¶ De agricola & filijs eius.

AGRICOLA filios suos videns quotidie digladiates,  
neque in gratiam reducere potis esset: iussit fasciculum  
virgarum sibi afferri (aderant autem filii illie seden-  
tes) quæ cùm allatae essent, colligauit omnes in v-  
num fasciculum: iussitque singulos eorum fasciculum  
capere atque confringere. Illis verò confringere non va-  
lentibus, soluens postea fasciculum, tradidit singulas  
virgas eis frangendas: atque illis statim frangentibus,  
intulit: Ita quidem & vos ò filiolī mei, si vnanimes in-  
uicem præstiteritis, inexpugnabiles vos hostibus ini-  
ctosque præbebitis: sin minus, vestra ipsa æmulatio at-  
que seditio opportunam vos prædam inimicis faciet.

Hec fabula innuit, equè res humanas capere, vel à concor-  
dia incrementum, vel à discordia iacturam.

¶ De muliere & gallina.

MULIER quadam vidua habebat gallinam quotidie  
singula oua ponentem. Sperans autem mulier, pro singu-  
ulis bina oua positaram, si plus escarum tribuisset, opipare  
educabat. Gallina verò pinguior effecta, ne vnum  
quidem ouum amplius facere poterat.

Hec fabula innuit, quod homines per luxum rerum & co-  
piam marcescentes, ab instituta industria retardantur.

¶ De duobus adolescentibus.

DVO adolescentes obsonium à coquo communiter mer-  
cati sunt. Ceterum cùm coquus quibusdam negotijs do-  
mesticis intenderet, vacaretque, alter adolescentum  
partem obsonij in alterius manus immisit. Conuertente  
autem

autem se coquo, & partem carnis, quæ aberat requiren-  
te, qui carnem sustulerat, iurat se non habere: qui verò  
habebat, se non sustulisse. Quibus coquus (intellecta a-  
dulcentum argutia) inquit: Et si me latet fur: tamen  
eum quem iuras sis, non latebit.

Hec fabula innuit, quod si quid homines celamus, Deum  
tamen nequaquam celare poterimus, qui solus omnia prospic-  
it, & omnia videt.

¶ De duobus amicis & vrsso.

D V O R V S amicis vna iter facientibus fit vrsus ob-  
uiā, quorū unus perterritus, in arborē scandens, latuit:  
alter verò cùm se imparem vrsō fore, & si pugnaret,  
superatum iri intelligeret, procidens simulabat se mor-  
tuum esse. Vrsus verò adueniens: & aures & occiput  
eius olfaciebat, illo, qui stratus iacebat, vsquequaq; con-  
tinente respirationem. Ita mortuum esse credens vrsus,  
abijt. aiunt enim non sanguire in cadavera. Mox alter, qui  
inter frondes arboris latuerat, descendens, interrogat a-  
micum quidnam ad aurem vrsus esset secum locutus.  
Cui amicus inquit: Admonuit me, ne post hac cum hu-  
iusmodi amicis iter faciam.

Fabula hæc innuit deuitandos esse amicos, qui periculo so  
in tempore auxilio præstando reuocant pedem.

¶ De Arundine & olea.

D I S C E P T A B A N T aliquando arundo & olea, de  
constantia & fortitudine, & de firmitate. Et olea qui-  
dem arundini probra ingerebat, vt fragili, & ad omnē  
ventum vacillanti. Arundo autem obticebat, non lon-  
gum tempus spectans: Nam cùm ventus vehemens in-  
gruisset arundo reflectebatur, agitabaturque. Olea  
verò cùm violentia ventorum reluctari vellet, confra-  
cta est.

Hæc fabula innuit, eos qui fortioribus ad tempus cedunt,  
potiores esse ijs qui non cedunt.

## ¶ De Tubicine.

9

**E**RAT tubicen quidam, qui in militia signum caneret: is interceptus ab hostibus, ad eos, qui circunstebat, proclamabat. Nolite me, viri, innocentem, innocuum, insontemque perimere, nullum enim unquam occidi: quippe nihil aliud quam hanc buccinam habeo. Ad quem illi vicissim cum clamore responderunt: Tu vero hoc ipso magis trucidaberis, quod cum ipse dimicare nequeas, ceteros potes ad certamen impellere.

Fabula hæc innuit quod preter ceteros peccant, qui malos, & importunos principes persuadent ad iniquè agendum.

## ¶ De cane &amp; lanio.

10

**C**ANIS quidam insilij in macellum, lanio in aliqua re occupato, & arrepto pecoris cor defugiebat. Ad quem lanius conuersus, fugientemque aspiciens inquit: O canis abi: ubiunque fueris, te obseruabo: non enim mihi cor sustulisti, sed cor dedisti.

Hæc fabula innuit, iacturam frequenter esse hominibus doctrinam.

## ¶ De ægrotō &amp; medico

11

**Æ**GROTVS quidam à medico interrogatus, quoniam modo se habuisset: præter modum, respondit in sudorem se fuisse resolutum. Cui medicus: Istud (inquit) bonum est. Altero autem die interrogatus quomodo se haberet, respondit: Algoribus correptus, diu vexatus sum. Et istud (inquit medicus) bonum est. Tertiò cum de eodem interrogaretur, respondit, Profluvio corporis debilitatus sum. Istud (inquit) etiam bonum est. Postea autem à familiari interrogatus: Quomodo habes ô amice? Respondit: Ego etiā atque etiam bene habeo, sed morior.

Hæc fabula innuit, coarguendos assentatores.

De

## ¶ De asino &amp; lupo.

12

**A**SINVS calcato ligni aculeo claudicabat: conspecto<sup>z</sup>, lupo, ait: O lupo, en præ cruciatu morior, futurus esca, aut tua, aut vulturum, aut coruorum. Vnum modo munus abste flagito: educ prius ex pede aculeum, ut moriar saltem sine cruciatus. Tunc lupus summis dentibus aculeum mordicus deprehendens eduxit. Asinus verò doloris oblitus, ferratos calces in faciem ludi impegit: fractisque illius fronte, naribus & dentibus, aufugit: lupo seipsum accusante, ac meritò sibi id egenisse dicente, quod qui didicerat esse lanius iumentorum, nuc eorum volebat esse chirurgus.

Hæc fabula innuit, quod qui sua articia deserunt, transferentes se ad aliena, ipsis non apta, & in derisum veniunt, & in discrimen.

## ¶ De pastore &amp; mari.

13

**P**A S T O R in loco maritimo gregem pascebatur: qui cùm videret mare tranquillum, incessit cupido navigationē faciendi. Itaque venudatis ouibus, emptisque palmarū sarcinis, nauigabat. Orta autem vehementi tempestate, & naui mergi periclitante, omne pondus nauis in mare eiecit, vixque euasit exonerata nauis. Paucis post diebus, veniente quodam & tranquillitatem maris admirante (erat enim sanè tranquillum) respondens, inquit: Palmas iterum vult quantum intelligo: ideoque immotum sese ostendit.

Hæc fabula innuit eruditiores fieri homines damno, atque periculo.

## ¶ De vulpe &amp; leone.

14

**V**V L P E S nullum antea leonem conspicata, cùm illi aliquando obuiasset, ita conspectum eius expansit, ut parvum absuerit quin extingueretur. Quod cùm postea iterum

terum accidisset : ad conspectū quidem leonis exterrita est, sed non ita ut prius. Tertio cùm leonem eundem vidisset in ciuitate, non modo non exterrita, sed confidenter adiens, secum colloquista est & confabulata.

Hæc fabula innuit, quod consuetudo & conuersatio facit, ut quæ maximè horribilia & formidolosa sunt, neque horrida, neque formidolosa videantur.

¶ De gallis & perdice.

15

**G**ALLOS quidam domi sua cùm haberet, mercatus est & perdicem, eamque in societatem gallorum dedit vna cum illis saginandam. Eam vero statim galli, pro se quisque mordebant, abigeabantque. Perdix autem apud se afflictabatur: existimans, ideo talia sibi à gallis inferri, quod siuum ab illorum genere alienum esset. Vbi vero non multò post aspergit & illos inter se pugnantes mutuoque percussientes, recreata à mœrore & tristitia, inquit: Evidem vero posthac ego non afflictabor amplius, videntes eos etiam inter se dimicantes.

Hæc fabula innuit, virum prudentem debere æquo animo ferre contumelias ab alienigenis illatas, quos videt ne à domesticorum quidem iniurijs abstinere.

¶ De vulpe & capite quodam.

16

**V**ULPES aliquando in domum citharœdi ingressa: dum omnia instrumenta musica, omnem supellecilem scrutaretur: reperit è marmore caput lupinum, scienter fabreque factum. Quod cùm in manus sumpsisset, inquit: O caput cum magno sensu factum, nullum sensum obtinens.

Hæc fabula ad eos spectat, qui corporis dignitatem habent, animi industriam non habent.

¶ De carbonario & fullone.

17

**C**ARBONARIUS conducta in domo habitans, invitauit fullonem, qui eo loci proxime venisset, ut eisdē in

in adibus vna habitarent. Ad quem fullo: O homo, non est mihi istud factu conducibile: Vereor enim ne quicquid ipse can defacerem, id omne tu carbonaria aspergine fuscares.

Fabula haec innuit, nullum cum flagitiosis habendum esse commercium.

¶ De nomine glorioſo.

18

VIR quidam aliquando peregrinatus, cum iterum domum rediſſet: cum multa ardua in diuersis regionibus aſe viriliter gesta iactabundus prædicabat: tum verò illud maxime, quod Rhodi omnes certamine ſaliendi ſit peraſſet: eiusque rei Rhodios, qui affuerunt, teſteſ eſſe. Ad quem unus aſſiſtentium reſpondens, inquit: O ha- mo, ſi verum eſt quod loqueris, quid tibi opus eſt teſti- buſ? Ecce Rhodus, ecce hic certamen ſaliendi.

Haec fabula innuit, quoddybi rerum teſtimonia adsunt, nihil opus eſt verbiſ.

¶ De homine & Apolline.

19

QVIDAM facinorofus Delphos ſe contulit, Apollinē tentaturus, habensque paſſerculum ſub pallio, quem pugno tenebat: Accedensque ad tripodas, interrogabat Deum dicens: Quod habeo in dextera, viuit' ne, an mor- tuum eſt? Prolaturus paſſerculum viuum, ſi mortuum reſpondiſſet: rursus prolaturus mortuum, ſi viuum reſpondiſſet: Occidiſſet enim ſtatim ſub pallio, priuquam proferret. At Deus ſubdolam calliditatem hominis in- telligens, dixit: O conſultor, verum maiis facere (penes te nanque arbitrium eſt) facito: et ſiue viuu, ſiue mor- tuum quod in manu habes proferto.

Fabula haec innuit mentem diuinam nihil neque latere, neque fallere.

¶ De pifcatore & cinaride.

20

Pifca-

PISCATOR quidam demissis in mare retibus, de-  
sulit cinaridem pusilli corporis: que pescatorem sic obse-  
crabat: Noli me in praesentiarum capere pusillam et mi-  
nutam: sine abire & crescere: ut postea iam adulta, com-  
modo cum maiore potiaris. Cui pescator: Ego verò amens  
sim, si lucrum quod inter manus habeo (licet exiguum)  
pretermittam pro futuri boni quantumlibet magni.

Hæc fabula innuit stolidū esse, qui propter spem maioris,  
rem & presentam & certam (licet paruam) non amplectitur.

¶ De asino & equo.

21

VIR quidam habebat equum & asinum. In itinere fa-  
ciendo, inquit asinus equo: si me saluum vis, leua me  
parte oneris meis. Equo illius verbis non obsequente, a-  
sinus sub onere cadens, moritur. Tunc dominus iumento-  
rum omnes quas portabat asinus sarcinas, simulque co-  
rium, quod à mortuo exuerat, equo imponit. Quo onere  
depressus equus cum clamore inquit: Vae mihi iumento-  
rum infelicissimo, quid mihi misero euenit? Nam recu-  
sans partem, nunc totum onus porto, & illius corium.

Hæc fabula innuit maiores debere in laboribus participes  
esse minoribus, ut utrique incolumes sint.

¶ De homine & satyro.

22

VIR quidam cum satyro amicitiam inierat. Qui cum e-  
dendi gratia sederent, exorta cali tempestate, vir ma-  
nus ad os admouens, anhelitus refocillabat. Quod intuens  
satyrus: interrogat quam ob rem id faceret. Ille inquit,  
calore oris algentes manus refocillo. Pauloque post, cali-  
diore edulio allato, cum vir iterum manus ad os ad-  
mouens, calorem cibi tenui inspiratione refrigerauit, interrogat satyrus, quam ob rem & illud faciat.  
Respondente autem viro, ut refrigeraret edulium: At-  
qui ego, inquit satyrus, tecum posthac amicitiam non

exer-

exercebo, qui ex uno ore & calidum promis & frigidum. Vale.

Fabula innuit deuitandam eius amicitiam esse, cuius anceps vita est, & non simplex sermo.

¶ De agricola & canibus.

23

A G R I C O L A quidam hyberno sidere in agro deprehensus, deficientibus cibarijs, primum imperfectis singulis ouibus, illarum carnibus vescebatur, mox & caprarium, postremo operarijs bobus interemptis alebatur. Quod canes dum animaduertissent, inter se colloquuntur dicentes: At nos hinc faciamus fugam. Si enim operarijs bobus dominus non pepercit, nec nobis quidem parcet.

Hæc fabula innuit fugiendos eauendosque, qui à familiaribus manus non abstinent.

¶ De quodam admortso à cane.

24

A D M O R S V S quidam à cane, circuibat singulos, corrugans curvationem: nactusque quandam est, qui cognita mali qualitate inquit: Si quidem tu ô homo conualescere vis, crustam panis madefactam in sanguine vulneris porridge cani, qui te momordit, comedendam. Cui ille deridenter inquit: Ego me hercle, si illud fecero, dignus sum qui ab omnibus huius urbis canibus premordear.

Hæc fabula innuit, improbos homines, cum maximè beneficia acceperint, cum maximè ad maleficia animari.

¶ De thynno & delphino.

25

T H Y N N V S cùm Delphinum in sequentem præcipiti cursu fugeret, & iam capiendus esset, in anfractum quandam se intorsit. Delphinus quoque ad alterum similem impetu ipso allisus est. Ad quem Thynnus respiens, cumque expirantem videns, inquit: Iam mihi mors non erit molesta, videnti eum, qui mihi causa mor

tis

ris est, mecum morientem.

Hæc fabula innuit, æquo animo fertे homines calamitates, cùm eos per quos in calamitate sunt, calamitosos aspiciunt.

### ¶ De aucupe.

26

**A**V C E P S quidam sumptis aucupatorijs retibus, ad venandum processit, visoque palumbo in cacumine arboris sedente, compositas artificiosè arundines cùm retibus ad auem clanculum admouebat, sperans illam se venari posse. Quod cùm agit, in altum intuens, iacentem viperam pedibus pressit: que exasperata dolore hominem momordit. At ille iam deficiens: Me miserum inquit, qui cū alterum venari volo, ipse ab altero captus pereo.

Hæc fabula innuit, quod emuli alias arte sua nitentes decipere, sape in laqueos, quos tendunt, incidunt.

### ¶ De castore.

27

**C**ASTOR prater ceteros quadrupedes, in aqua durare fertur, suaque genitalia ad artem medicam sancta utilia esse. Hic ubi videt se ab indagantibus hominibus captumiri (nouit enim quamobrem indagetur) ipse sub genitalia praecidit, atque in sequentes projectans, hoc modo incolumis evadit.

Hæc fabula innuit; huius exemplo prudentes debere pro adipiscenda salute, nullam rationem habere fortunarum.

### ¶ De vaticinatore.

28

**V**ATICINATOR quidam in foro sedens sermocinabatur, cùm sibi quidam denuntiat fores domus eius effractas esse, omniaque direpta que in domo fuissent. Ad quem nuncium vaticinator gemens, properansque cursu se domum recipiebat. Quem currentem intuens quidam: O tu, inquit, qui aliena negotia te diuinaturum promittis, certe tua ipse non diuinasti.

Fabula hec ad eos spectat, qui res suas non recte administrantur.

tes

tes, alieni, quæ nihil ad eos pertinent, prouidere ac consulere conantur.

**¶ De aucupe & merula.**

29

A V C E P S tetenderat volucribus retia: quod eminus intuens merula, percotabatur hominem quid negotij ageret. Ille respondit se condere urbem. Abiitque longius, et sese abdidit. Merula verò verbis illius fidem habens, accedens ad escam iuxtaretia positam, capta est. Accurrenteque aucupe, inquit: O homo, si tu quidē talem condis urbem, haud multos inuenies incolas.

Hæc fabula innuit, eo maximè modo rem priuatam, & publicam destrui, cum praesides sauitiam exercent.

**¶ De viatore & Ioue.**

30

V I A T O R longum ingressurus iter, si quid inuenisset, eius dimidium Ioui se oblaturum promisit. Inuento autem in ipso iinere vase palmarum & amygdalorum pleno, comedit omnes palmulas amygdalaque: sed horum nucleos, illarum putamina ad aram quandam obtulit, inquiens: Iupiter, habes quod tibi voveram: quod enim inueni, eins & interiora & exteriora tibi offero.

Fabula hæc innuit, ayatum hominem cupiditate pecuniae, etiam dijs moliri fallacias.

**¶ De filio & matre.**

31

P V E R quidam in schola condiscipuli furatus tabellâ alphabetariam, attulit matris sua. & qua non castigatus quotidie magis furabatur. Procedente autem tempore maiora coepit furari. Tandem à magistratu deprehensus ducebatur ad supplicium: Matri verò sequente ac vociferante, roganit satellites, ut paulisper cum ea ad aure loqui permitterent. Quibus annuentibus, & matre festinabunda, aurem ad os filij admoviente, ille auriculam maternam dentibus amorsam euulsit. Et cum mater ceterique

terique increparent, non modo ut furem, sed etiam ut  
in parentem suam impium, inquit: Hac mibi, ut per-  
derer, extitit causa: si enim me ob tabellam alphabetar-  
iam castigasset, ne quaquam ad ulteriora progressus, ad  
supplicium nunc ducerer.

Fabula haec innuit, quod qui inter initia peccandi non coer-  
centur, ad grauiora flagitia euadunt.

### ¶ De filio & patre.

**F**ILIVM quidam senior habebat generosi animi, &  
venaticorum canum amatorem. Hunc per quietem vi-  
derat a leone trucidari. Territus igitur, ne forte somnium  
hoc aliquando sequeretur euentus, extruxit domum  
quandam politissimam, laquearibus ac fenestris amœ-  
nissimam: illucque inducens filium, illi custos inhære-  
bat. Depinxerat enim in ea domo, ad oblectationem filij,  
omne genus animalium, in quibus & leonem. Adole-  
scens haec inspiciens, eo amplius molestia contrahebat.  
Quadam autem vice leoni propius stans inquit: O truci-  
lentissima fera, te propter, & propter inane somnum  
patris, in hac domo asservior velut in carcere. Quid igi-  
tur faciam? Et hac dicens, manum parieti incusit, ocul-  
lum leoni eruere volens, et in clauo, qui illuc latebat, of-  
fendit: qua ex percussione manus emarcuit: succreuitq;  
sanies, ac febris subsequita est: breui adulescens est  
mortuus. Ita leo adulescentem occidit, nihil adiuuante  
patrissophismate.

Hæc fabula innuit, quae ventura sunt, deuitare posse ne-  
minem.

### ¶ De calvo quodam.

**C**ALVVS quidam mentitos crines gerens, dum equo  
vehebatur, ecce turbinis ventus illos de capite sustulit:  
risus statim magni presentibus excitavit. Et ille mu-

tu risu ad eos inquit, Quid mirum si crines, qui non erant mei, à me recesserint? Illi quoque recesserunt, qui mecum fuerant nati.

Hæc fabula innuit, non debere nos morere ob amissas opes. Quod enim nascentes à natura non accepimus, non potest nobiscum perpetuo permanere.

FINIS.

**A LIÆ I T E M A L I Q V O T Æ S O -  
P I F A B V L A E , E G R A E C O I N L A T I -  
n u m v e r s æ , i n c e r t o i n t r e p t e .**

Impossibilia promittens.

**V**I R pauper agrotans, & male affectus, cùm à mendicis desperatus esset, deos rogabat, pollicens, si sanitatem sibi rursus restituissent, centum boves ipsis oblatum esse in sacrificium. Vxore autem eius audiebat, Et ubi tibi hæc, si conualueris? ille ait, Putas enim surgere me hinc, ut dy hæc à me repetant?

Fabula significat, multos facile polliceri, quæ re comprobare non sperent.

## Ranæ.

2

**R**ANAE due in palude pascebantur, estate autem scatata palude, illa derelicta, querebant aliam: ceterum profundum inuenierunt puto: quo viso, altera alteri inquit, Descendamus, heus tu, in hunc puto. Illa respondens ait, si igitur & hic aqua artuerit, quomodo ascendemus?

Fabula declarat non oportere inconsideratè res aggredi.

Canis, & gallus.

3

**C**ANIS & gallus inita societate iter faciebant. Vespera autem superueniente, gallus consensa arbore, dormiebat

miebat: at canis ad radicem arboris excauatae. Cum gaius, ut afolet, noctu cantasset, vulpes ut audiuit accurrit: & stans inferius, ut ad se descenderet, rogabat, quod cuperet commendabile adeo cantu animal complecti. Cum autem is dixisset, ut ianitorem prius excitaret ad radicem dormientem, ut cum ille aperuisset, descendenteret: & illa querente ut ipsum vocaret, canis statim profiliens eam dilaceravit.

Fabula significat, prudentes homines inimicos insultantes ad fortiores astu mittere.

### LEO, & VRSUS.

LEO & VRSUS simul magnum nocti hinnulum, de eo pugnabant: grauiter igitur a seipsis affecti, ut ex multa pugna etiam vertigine corriperentur: defatigati iacebant. Vulpes autem circum circa eundo, ubi prostratos eos vidiit, & hinnulum in medio iacentem, hunc per utrosque percurrendo, rapuit, fugiensque abiuit: at illi videbant quidem ipsam, sed quia non poterant surgere, Nos miseros dicebant, quia vulpi laborauimus.

Fabula significat, alijs laborantibus, alios lucrari.

### VESPERTILIO, & RUBUS, & MERGUS.

VESPERTILIO, & rubus, & mergus inita sociate mercatoriam decreuerunt vitam agere. Itaque vespertilio argetu mutuata proiecit in mediū: rubus vestem secum accepit: mergus tertius, as: & nauigauerunt. Tempestate autem vehementi oborta, & nauis euersa, omnibus perditis, ipsi in terram euaserunt. Ex illo igitur mergus litoribus semper assidet, num quopiam as eyciat mare. Vespertilio vero creditores timens, interdum non apparet, noctis ad pabulū exit. Rubus prætereuntiū vesti inharet, sicuti suam cognoscat quarendo.

Fabula significat, in ea quibus incumbimus, in posterum recidere.

¶ Pauo & monedula.

**A**VIBVS creaturis regem, pauo orabat, ut se ob pulchritudinem eligerent. Eligentibus autem eum omnibus, monedula suscepto sermone ait: Sed si te regnante, aquila nos persequi aggressa fuerit, quomodo nobis openferes?

Fabula significat, principes non modd propter pulchritudinem, sed & fortitudinem & prudentiam eligi oportere.

¶ Singularis animal, & vulpes.

**S**INGVLARIS agrestis super quadam sidens arbore dentes acuebat. Vulpes rogante causam, quare nulla praeposta necessitate dentes acueret, ait: Non abs re hoc facio: nam si me periculum inuaserit, nequaquam me iuc acuendis dentibus occupatum esse oportebit, sed potius paratis vti.

Fabula significat, aduersus periculū præparatū esse oportere.

¶ Cassita.

**C**ASSITA laqueo capta plorans dicebat: Hei mihi misera, & infelici volucris, non aurum surripui cuiusquam, non argentum, non aliud quicquam pretiosum. Granum autem tritici paruum, mortis mihi causa fuit. Fabula in eos, qui ob inutile lucrum, magnū subeūt periculū.

¶ Hinnulus.

**H**INNVLV S aliquando ceruo ait: Pater, tu & maior, & celerior canibus, & cornua præterea ingentia gestas ad vindictam, curnam igitur sic eos times? Et ille ridens ait: Vera quidem hæc inquis, fili: unum vero scio, quod cum canis latratum audiuero, statim ad fugam nescio quomodo efforor.

Fabula significat naturā timidos, nulla admonitione fortificari.

## ¶ Auarus.

10

A V A R V S quidam cùm omnia sua bona vendidisset,  
 & auream glebam fecisset, in loco quodam infudit, v-  
 na defosso illic & animo suo, & mente: atque quotidie  
 cùndo, ipsam videbat. Id autem ex operis quædam obser-  
 nando cognovit, & refosam glebam abstulit. Post hec  
 & ille profectus, & vacuum locum videns, lugere cœ-  
 pit, & capillos evellere. Hunc cùm quidam vidisset sic  
 plorantem, et causam audiisset, Ne sic, ait, ô tu, crista-  
 re: neque enim habens aurum habebas: lapidem igitur  
 pro auro acceptum, reconde, & puta tibi aurum esse,  
 eundem enim tibi vsum præstabit: nam, ut video, neq;  
 cùm aurum erat vtebare.

Fabula significat, nihil esse possessionem, nisi usus adfuerit.

## ¶ Anseres, &amp; grues.

11

A N S E R E S, & grues in eodem prato pascebantur. Ve-  
 natoribus autem visis, grues, quod essent leues, statim e-  
 violauerunt, anseres vero ob onus corporum cùm mansi-  
 sent, capti fuerunt.

Fabula significat, & in expugnatione urbis, inopes facile fu-  
 geret, diuites autem seruire captos.

## ¶ Testudo, &amp; aquila.

12

T E S T U D O orabat aquilam, ut se volare doceret. Ea  
 autem admonente procul hoc à natura ipsum esse, illa ma-  
 gis precibus instabat: Accepit igitur ipsam vnguis,  
 & in altum sustulit: inde demissit: hæc autem in petras  
 eccecidit, & contrita est.

Fabula significat, multos quia in contentionibus prudentio-  
 res non audiuerint, seipso læsiſſe.

## ¶ Ceruus.

13

C E R V A altero obcæcata oculo, in litore pascebatur, sa-  
 num oculum ad terram propter venatores habens, alien-  
 rum

rum verò ad mare, unde nihil suspicabatur. Præternauigantes autem quidam, & hoc coniectantes, ipsam sagittarunt: hæc autem seipsum lugebat, quod unde timuerat, nihil passa foret: quod non putabat malum allaturum, ab eo proditam.

Fabula significat, sœpe quæ nobis noxia videntur, utilia fiori: quæ vero utilia, noxia.

¶ Cerua, & leo.

C E R V A Venatores fugiens, in speluncam ingressa est. In leonem autem ibi cum incidisset, ab eo comprehensa est. Moriens autem dicebat: Hei mibi, homines fugiens, in ferarum immitissimum incidi.

Fabula significat, multos homines dum parua fugiunt pericula, in magna incurere.

¶ Cerua & vitis.

C E R V A Venatores fugiens sub vite delituit. Cum preterissent autem parum per illi, cerus proffus iam latere arbitrata, vitis folia pasci incœpit. Illis vero agitatis, venatores conuersi, & quod erat verum arbitrati, animal aliquod sub folijs occultari, sagittis consecerunt ceruam. Hæc autem moriens talia dicebat: Iusta passa sum, non enim offendere oportebat, que me seruarat.

Fab. signif. qui iniuria benefactores afficiunt, à Deo puniri.

¶ Asinus, & leo.

C V M asino gallus aliquando pascebatur. Leone autem aggresso asinum, gallus exclamauit, & leo (aiunt enim hunc galli vocem timere) fugit. At asinus ratus propter se fugere, aggressus est statim leonem. Ut vero procul hunc persecutus est, quod non amplius galli perueniebat vox, conuersus leo deuorauit. Hic vero moriens clamabat: Me miserum & dementem: ex pugnacibus enim non natus parentibus, cuius gratia in aciem irrui?

Fabula significat, plerosque homines inimicos, qui se de industria humiliarūt, aggredi, atque ita ab illis occidi.

¶ Olitor, & canis.

17

**O L I T O R I S** canis in puteum decidit : olitor autem ipsum illinc extracturus, descendit & ipse in puteum. Ratus autem canis accessisse ut se inferius magis obrueret, conuersus olitorem momordit. Hic autem cum dolore reuersus: Iusta, inquit, patior: nam cur vnguam sui interfectorum seruare studui?

Fabula in iniustos, & ingratos.

¶ Sus, & canis.

18

**S V S** & canis mutuo conuiciabantur. Et sus iurabat per Venerem, procul dubio dentibus discessurum canem. Canis vero ad haec dissimulanter dixit: Bene per Venerem nobis iuras: significas enim ab ipsa vehementer te amari, que impuras tuas carnes degustantem nullo patero in sacellum admittit. Et sus: Propter hoc igitur magis præfert dea amare me: nam occidentem aut alio quovis modo ludentem omnino auersatur: tu tamen male oles, & viua & mortua.

Fabula significat, prudentes oratores, quæ ab inimicis obijciuntur, artificiosè in laudem conuertere.

¶ Sus, & canis.

19

**S V S** & canis de fæcunditate certabant. Dixit autem canis facundiam esse maximè pedestrium omnium. Et sus occurrens ad haec inquit: Sed cum haec dicis, scito & cæcos tuos te catulos parere.

Fabula signif. non in celeritate res, sed in perfectiōi iudicari.

¶ Serpens, & cancer.

20

**S E R P E N S** una cum cancero viuebat, inita cum eo societate. Itaque cancer simplex moribus, vt & ille astutiam mutaret, admonebat: hic autem minimè obediebat.

bat. Cum obseruasset igitur cancer ipsum dormientem,  
et pro viribus compressisset, occidit. At serpente post  
mortem extenso, ille ait: Sic oportebat ante hac rectum  
et simplicem esse: neque enim hanc pœnam dedisses.

Fabula signif. qui cū dolo amicos adeūt, ipsos offendipotius.

¶ Pastor, & lupus.

21

P A S T O R nuper natū lupi catulū reperit, ac sustulit,  
vnaq; cū canibus nutriuit. At cūm adoleuisset, si quan  
do lupus ouem rapuissest, cum canibus et ipse persequen  
tatur. Cum canes verò aliquando non possent affequi lu  
pum, atque ideo reverterentur, ille sequebatur, ut cūm  
ipsum affecutus esset, particeps foret venationis ut lu  
pus inde redibat. Sin autem lupus extrā non rapuissest  
ouem, ipse clām occidens, vna cum canibus comedebat:  
donec pastor cūm coniectasset, et intellexisset rem, de  
arbore ipsum suspendit, et occidit.

Fabula significat, naturam prauā bonos mores non nutrit.

¶ Leo, & lupus.

22

L E O cūm consenuisset, agrotabat iacens in antro. Ac  
cesserant autem visitatura regem, prater vulpem, cate  
ra animalia. Lupus igitur capta occasione accusabat a  
pud leonem vulpem, quasi nihil facientem suū omniiū  
dominum, et propterea neque ad visitationem profe  
ctam. Interim affuit et vulpes, et ultima audiuit lu  
pi verba: Leo igitur contra eam infremuit. sed defen  
sionis tempore petito: Et quis, inquit, eorum, qui conue  
nerunt, tantū profuit, quantum ego, quæ in omnem  
partem circuui, et medicamentum pro te à medico  
quasiui, et didici? Cūm autem leo statim ut medica  
mentum diceret, imperasset, illa inquit: Si lupo vinen  
te excoriato, ipsius calidam pellem indueris. Et lupo iā

Cente vulpes ridens ait: sic non oportet dominum ad malam  
leuolentiam mouere, sed ad benevolentiam.

Fabula significat, cum qui quotidie machinatur, in scipsum  
laqueum vertere.

## ¶ Mulier.

23

MULIER quedam virum ebrium habebat: ipsum  
autem à morbo liberatura, tale quid commenta est. Ag-  
grauatum enim ipsum ab ebrietate cum obseruasset,  
et mortui instar insensatum, in humeros eleuatum,  
in sepulcretum allatum depositum, et abiuit. Cum  
vero ipsum iam sobrium esse coniectata est, profecta ia-  
nuam pulsavit sepulcreti. Ille autem cum diceret: Quis  
est qui pulsat ianuam? Vxor respondit: Mortuis cibaria  
ferens ego adsum. Et ille: Non mihi comesse, sed bibere  
o optime potius affer: tristem enim me reddis, cum cibi  
non potus meministi. Hac autem pectus plagendo: Hei  
misi miserae, inquit: nam neque astu profis: tu enim  
vir non solum non emendatus es, sed peior quoque teipso  
euasisti. in habitum tibi deductus est morbus.

Fabula significat, non oportere in malis actibus immorari:  
nam & nolentem quandoque hominem consuetudo inuidit.

## ¶ Cycnus.

24

VIR diues anserem simul, et cycnum nutriebat, non  
ad eadem tamen, sed alterū cantus, alterum mensa grā-  
tia. Cum autem oportere anserem pati ea, quorum causa  
nutriebatur, nox erat; ac discernere tempus non permi-  
xit utrumque: cycnus autem pro ansere abductus, cantat  
cantum quendam mortis exordium: et canus significat  
naturam, mortem vero effugit suavitate canendi.

Fabula significat, sāpē musicen disfugre mortem.

## ¶ Aethiops.

25

AETHIOPS si quidam emit, talem ejus colorē incesse-

ra-

ratus negligentia eius, qui prius habuit: ac assumptio in domum, omnes ei adhibuit abstensiones, omnibus lauacris tentauit mundare: & colorem quidem transmutare non potuit, sed morbum dolor parauit.

Fabula significat manere naturas, ut à principio prouenerit.

¶ Hirundo, & cornix. 26

HIRVND O & cornix de pulchritudine contendebant. Respondens autem cornix ei dixit: Sed tua pulchritudo verno tempore floret, meum vero corpus etiam hyeme durat.

Fabula significat durationem corporis, decore meliorem esse.

¶ Butalis. 27

BUTALIS à fenestra quadam pendebat. Vespertilio autem profecta rogauit causam, quare die sileret, nocte caneret. Cum autem id ea non incassum hoc facere dixisset (nam die canendo olim capita fuerat, & propterea ex illo prudens evasit) Vespertilio ait: Sed non nunc te cauere oportet, cum nulla utilitas, sed ante quam capereris.

Fabula significat, in infortunijs inutilem esse poenitentiam.

¶ Cochlea. 28

RUSTICI filius assabat cochleas. Cum autem audiret eas stridentes, ait: O pessime animates, domibus vestris incensis vos canitis?

Fabula significat, omne intempestiuè factum, vituperabile.

¶ Mulier, & ancillæ. 29

MULIER vidua operosa ancillas habens, has solebat noctu excitare ad opera ad gallorum cantus: His vero assidue defatigatus labore, visum est oportere domesticum occidere gallum, tanquam illum qui noctu excitaret heram. Euenit autem ipsis, hoc facto, ut in grauiora incidenterent mala: nam, hera ignorans gallorum horam, temporibus eas excitabat.

Fabula significat, plerisque hominibus consilia esse malorum causas.  
¶ Mulier venefica.

30

MULIER venefica diuinarum irarum propulsiones promittens, multa facere perseverabat, et lucrum inde facere. Quidam igitur accusauerunt eam impietatis, et conuicerunt, et damnatam ducebant ad mortem. Videntis autem quidam eam duci, ait: Tu qua deorum iras auertere promittebas, quomodo neque hominum consilium mutare potuisti?

Fabula significat, multos magna promittentes, ne parua quidem facere posse.

## ¶ Agricola.

31

AGRICOLA quidam sodiendo aurum reperit: quotidie igitur terram, ut ab ea beneficio affectus, corona bat. Huic autem Fortuna adstans inquit: Heus tu, cur terrae meae munera attribuis, quae ego tibi dedi ditatura te? nam si tempus immutetur, et in alias manus hoc tuum aurum eat, scio te nunc me Fortunam accusatum.

Fabula significat, oportere benefactorem cognoscere, atque huic gratiam referre.

## ¶ Viatores.

32

DVO quidam una iter faciebant: et cum alter secundum reperisset, alter, qui non inuenit, admonebat ipsum ne diceret inueni, sed inuenimus. Paulò post autem eum aggredierentur ipsos, qui securim perdidérant, qui eam habebat, persequentibus illis, et qui una iter faciebat, dixit: Perijmus. Hic autem ait: perij dic: non perijmus: etenim et tunc, cum securim inuenisti, inueni dixisti, non, inuenimus.

Fabula significat, qui non fuerunt participes felicitatum, neque in calamitatibus firmos esse amicos.

## ¶ Ranæ duæ.

33

Dua

DUE ranae vicine sibi erant: pascebantur autem altera in profundo stagno, & procul à via: altera in via pa rum aquæ habens. Verum, cùm que in stagno, alteram admoneret, ut ad se migraret, ut tuiore cibo frueretur, illa non paruit, dicens firmissima teneri huiusc loci consuetudine: quousque obtigit currum prætereuntem ipsam confringere.

Fabula significat, homines quoque prava aggrediētes citius mori, quam mutentur in melius.

¶ Apriarius.

<sup>34</sup> IN mellarium ingressus quidam domino absente, fauū abstulit. Hic autem reuersus, ut alueolos vidi inanes, stans quod in his erat perscrutabatur. Apes autem è pastu redeentes, ut deprehenderunt ipsum, aculeis percutiebant, pessimeque tractabant. Hic autem ad eas: O pessimæ animantes, furatum vestros fauos illasum dimisisti, me verò sat agentem vestri percutitis?

Fabula significat, sic homines quosdam ob ignorantiam inimicos uō cauere, amicos autem ut insidiantes repellere.

¶ Alcedo.

<sup>35</sup> ALCEDO avis est solitaria, semper in mari vitam degens: hanc dicitur hominum venationes cauentem, in scopulis maritimis nidificare. Ceterum aliquando partitura, pullos fecit. Egressa autem ea ad pabulum, accidit mare à vehementi concitatum vento, elevari supra nidum: atque hoc submerso, pullos perdere: hæc verò reversa, re cognita, ait: Me miserā, quæ terrā ut insidiatricē cauens ad hoc confugi, quod mihi lögè est infidius.

Fabula significat homines etiā quosdam ab inimicis cauendo, ignaros in multo grauiores inimicis amicos incidere.

¶ Piscator.

<sup>36</sup> PISCATOR in fluvio quodam piscabatur. Extensis autem

autem retribus, & fluxu comprehenso utrinque suni at ligato lapide, aquam verberabat, ut pisces fugientes incaute in retia inciderent. Cum quidam vero ex ijs, qui circa locum habitabant, id facere videret, increpabat, quod fluminis turbaret, & claram aquam non sineret bibere: et ijs respondit: Sed nisi sic fluminis perturbetur, me oportebit esurientem mori.

Fabula significat, civitatum etiam rectores tunc maximè perari, cum patrias in seditionem induxerint.

### ¶ Simius, & delphis.

37

MORIS cum esset nauigantibus Melitenses catus, et simios adducere in solame navigationis, quidā habebat. secum & simium. Cum autem peruenissent ad sunum Atticae promontorium, tempestatem vehementem fieri contigit: naui autem euersa, & omnibus natantibus, natabat & simius. Delphī quispiā ipsū conspicatus, & hominem esse ratus, digressus leuabat, ad terram perferens. Ut verò in Piraeo fuit Atheniensium nauali rogauit simium, an genere esset Atheniensis. Cum autem hic diceret & claris hic esse parentibus: rogauit an & Piraeū sciret. Ratus autem simius de homine eum dicere, ait: & valde amicum esse ei, & familiarem. At Delphī tanto mendacio indignatus, submergens ipsum occidit.

Fabula in viros, qui veritatē ignorātes, existimat se decipere;

### ¶ Muscae.

38

IN cella quadam melle effuso, muscae aduolantes comedebant: implicitis autem earum pedibus, euolare non poterant: cum verò suffocarentur, dicebant: Misera nos, quia ob modicum cibum perimus.

Fabula significat, multis gulā multorum malorum esse causam:

### ¶ Mercurius & statuarius.

39

MERCURIUS scire volens, quanti apud homines esset

esset, iuit in statuarij domum transformatus in hominē, & visa statua Iouis, rogabat, quanti quis ipsam emere posset. Hic autem cū dixisset, drachma, risit. Et quanti lunonis ait: Cum dixisset pluris: visa & sua ipsius statua, ac opinatus cū nūnius sit deorū, & lucrosus, maximā de se apud homines haberī rationem, rogauit de se. Statuarius vero ait: Si hasce emeris, & hanc aditamentum do.

Fabula in virū gloriosum, qui nullius apud alios est pretij.

¶ Mercurius, & Tiresius

M E R C U R I V S Volens Tiresię vaticinium, an verū esset cognoscere, furatus ipsius boues ex rure venit ad ipsum in urbe, simili factus homini, & ad ipsum diuertit. Bonū autem amissione renunciata Tiresię, ille assumpcio Mercurio exiuit, auguriū aliquod de fure consideraturus. Et huic iubet dicere sibi quamnā cuem viderit. Mercurius autē primū vidisse aquilā à sinistris ad dextrā volarem, dixit. Hic non ad se id esse cū dixisset, secundò cornicem super arbore quadā sedentem vidit, & modò superiū aspicientē, modò ad terrā declinatam, vati refert. Et in re cognita ait: Sed hac cornix iurat & cælum, & terram, si tu velis, meas me recepturum boues.

Hoc sermone uti quispiam poterit aduersus virum furacem.

¶ Canes.

H A B E N S quidam duos canes, alterum venari docuit, alterum domum seruitare. Ceterū si quādo venaticus caperet aliquid, qui domum custodiebat, particeps vñā cū eo erat cœna. Aegrē ferente autē venatico, & illi obijcente, quod ipse quotidie laboraret, ille nihil faciens suis nutritur laboribus, respondens ipse ait: Non me, sed herum reprehende, qui non laborare medo-

*docuit, sed labores alienos comeſſe.*

Fabula significat, adolescentes qui nihil sciunt, haud esse reprehendendos, cum eos parentes sic educauerunt.

¶ Maritus, & vxor.

42

HABENS quidam vxorem, quæ domesticis omnibus inimica erat, voluit scire an etiam erga paternos domesticos ita afficeretur. Quapropter cum rationabili praetextu ad suum patrem ipsam misit. Paucis vero post diebus ea reuersa, rogauit quomodo aduersus illos habuisset. Hæc vero cum dixisset: Bubulci & pastores me suspectabant: ad eam ait: Sed o vxor, si eos odisti, qui manè greges agunt, serò autem redeūt, quid spectare oportet in ijs, quibus cum tota conuersaris die?

Fabula significat, sic sape ex paruis magna, & ex manifestis incerta cognosci.

¶ Hædus, & lupus.

43

HOEDVS derelictus à grege, persequente lupo, conuersus ad eum dixit: O lupo, quoniam credo me tuum cibū futurum, ne iniucundè moriar, canę tibia primum, ut saltem. Lupo autem canente tibia, atque hædo saltante, canes cùm audiuerint, lupum persecuti sunt. Hic conuersus hædo inquit: Meritò hæc mibi fiunt: oportebat enim me cocus cùm sim, tibicinem non agere.

Fabula significat, qui ea quibus natura apti sunt, negligunt, que vero aliorū sunt, exercere conantur, in infortunia incidere.

¶ Cancer, & vulpes.

44

CANCER è mari cùm ascendisset, in loco quodam paſcebat. Vulpes esuriens ut vidit, accessit, ac eum rapuit. Ille deuorandus ait: Sed ego condigna patior, qui marinus cùm sim, terrestris esse volui.

Fabula significat, homines, etiam qui proprijs derelictis exercitijs, ea quæ nihil conueniunt, aggrediuntur, merito infortunatos etc.

Cin-

## ¶ Citharædus.

45

CITHAROE DV s rudis in domo calce incrustata familiariter, ut solebat, canens, & contra resonante in se voce, existimabat valde canorus esse: verum elatus super hoc, cogitauit & in theatro se committere oportere. Projectus vero ad se ostendendum, cum male admodum caneret, lapidibus ipsum explosum abigerunt.

Fabula significat sic ex rhetoribus quosdam, qui in scholis putant esse aliquid, cum ad res publicas se conferunt, nullius pretij esse.

## ¶ Fures.

46

F U R E S in domum quandam ingressi, nihil inuenierunt nisi gallum, atque hoc capto, abierunt. Hic ab eis occidendum rogabat, ut se dimitterent, dicens utilem esse hominibus noctu eos ad opera excitando. Hi vero dixerunt: Sed propter hoc tantò magis occidimus: illos enim excitando, furari nos non finis.

Fabula significat, ea maxime prauis esse aduersa, quæ bonis sunt beneficio.

## ¶ Cornix, &amp; coruus.

47

CORNIX coruo inuidens, quod is per auguria hominibus vaticinaretur, ob idq; crederetur uti futura praedicens, conspicata viatores quosdam prætereuntes, iuit super arborem quandam, stansque valde crocitanit. Ille vero ad vocem conuersis & admiratis, re cognita, quidam inquit: Abeamus heus nos, cornix enim est, quæ crocitanit, & tugurium non habet.

Fabula significat, eodem modo & homines præstantioribus certantes, praterquam quod non ad æqua perueniunt, risu quoque dignos esse.

## ¶ Cornix, &amp; canis.

48

CORNIX Minerua sacrificans canem inuitauit ad epulas. Ille vero ad eam dixit: Quid frustra sacrificia absu-

*absurmis? Dea enim adeo te odit, ut ex peculiaribus quoque tibi augurijs fidem sustulerit. Cui cornix: Ob id magis ei sacrificio, ut reconcilietur mihi.*

*Fabula significat plerosque ob lucrum non mereri inimicos beneficijs prosequi.*

### ¶ Coruus, & serpens.

49

**C O R V U S** cibi indigens, ut serpentem in aprico quodam loco dormientem vidit, hunc deuolador apuit. Hic cum se vertisset, atque momordisset ipsum, corvus moriturus dixit: Me miserum, qui tale reperi lucrum, quo etiam perco.

*Fabula in virum, qui ob thesaurorum inuentionem de salute periclitatur.*

### ¶ Monedula, & columbae.

50

**M O N E D U L A** in columbario quodum columbis visis bene nutritis, dealbavit se, iuitque, ut & ipsa eodem cibo impertiretur. Haec verò, donec tacebat, ratus eam esse columbam, admirerunt: sed cum aliquando oblita vocem emisisset, tunc eius cognita natura, expulerunt percussio: eaque priuata eo cibo, rediit ad monedulas rursum: & ille ob colorem, cum ipsam non nosset, à suo cibo abegerunt, ut duorum appetens, neutro potiretur.

*Fabula significat, oportere & nos nostris contentos esse, considerantes avaritiam praterquam quod nihil iuuat, auferre depe & quae adsunt bona.*

### ¶ Monedula.

51

**M O N E D U L A M** cum quis cepisset, & pedem alligasset filo, suo tradidit filio. Haec non ferendo victum inter homines, ubi parumper libertatem nacta est, fugit, insuumque nidum se contulit. Circumvoluto verò ramis, vinculo euolare haud valens, cum moritura esset secum loquebatur: Me miseram, quae apud homines non ser-

ad seruitutem, incaute mēa me vita priuati.

Fabula significat, nonnū unquam quosdam, dum se à medio-cribus student periculis liberare, in maiora incidere.

¶ Mercurius.

I V P I T E R Mercurio iussit, ut artificibus omnibus mendacij medicamentum misceret: hic eo trito, & ad mensuram factō, ex aequo singulis miscet. Cūm verò solo reliquo sutorē, multum supereſſet medicamenti, totum acceptum mortarium ei miscuit: atque hinc contigit artifices omnes mentiri, maximè vero omnium sutorēs.

Fabula in mendaces artifices.

¶ Iupiter.

I V P I T E R formatis hominibus, omneis illis affectus indidit, solum indere pudorem oblitus est. Quapropter non habens vndenam ipsum introduceret, per turbam ingredi eum iussit. Hic verò primum indignè ferens contradicebat: vehementius vero eo instante ait: sed ego sanè his ingredior pactis, si amor non ingrediatur: si ingrediatur, ipse exibo quam primum. Ex hoc sanè cœnit, omnia scorta inuercunda esse.

Fabula significat, captos amore inuercundos esse.

¶ Iupiter.

I V P I T E R nuptias celebrans, omnia animalia accipiebat: sola vero testudine tardè profecta, admirans causam tarditatus, rogauit eam, quamobrem ipsa ad cœnam non accesserat. Cūm hac dixisset: domus chara, domus optima: iratus ipsi, dānauit ut domū baiulās circūferret.

Fabula significat, plerosque homines eligere parce potius apud se viuere, quam apud alios laude.

¶ Lupus, & ouis.

L V P U S à canibus morsus, & male affectus, abiectus iacebat. Cibi vero indigens, visa ouis, rogabat ut potum

C ex

ex praterfluite flumine sibi aū erret: Si enim tu m.  
inquit, dederis potum, ego cibum mihi ipsi inueniam.  
Illa recognita ait: Sed si ego potum do tibi, tu & cibo  
me vteris.

Fabula in virum maleficū, per simulationem insidiantem.

¶ Lepores.

56

LEPORE. solim belligerantes cū aquilis innocarunt in auxiliū vulpes. Hæ autē dixerūt: Vobis auxiliaremur, nisi sciremus qui vos estis, & cum quibus p̄liamini.

Fabula significat eos, qui cum præstantioribus certant, suam salutem contemnere.

¶ Formica.

57

QUE nunc formica, homo olim fuit, hic agriculturæ assidue incubens, non erat proprijs laboribus contentus, sed et vicinorum fructus surripiebat. Iupiter autem indignatus huīus avaritia, transmutauit eum in hoc animal, que formica appellatur. Verū cū mutasset formā, non & affectum mutauit: nam usque nunc arua circuendo, aliorum labores surripit, & sibi recondit.

Fabula significat natura prauos, et si maximè speciem transmutauerint, mores non mutare.

¶ Vespertilio, & mustela.

58

VESPERTILIO in terrā cū cecidisset, à mustela capta est: & cū occidenda foret, pro salute rogabat. Hac vero dicente non posse ipsam dimittere, quod natura vō lucribus omnibus inimica foret: ait non auem, sed murē esse: & sic dimissa est. Postremò autem cū iterū cecidisset, & ab alia capta mustela, ne voraretur orabat. Hac autem dicente, cūctis inimicam esse muribus: hæc nō mis, sed vespertilio sum dicebat: et rursus dimissa est: atq; ita euénit bis mutato nomine, salute cōsecutā fuisse.

Fabula significat, neque nos in eisdem semper esse oportere,

con-

Considerantes eos, qui ad tempus mutantur, plerunque pericula effugere.

## ¶ Viatores.

59

V I A T O R E S secundū littus quoddam iter facientes, iuerūt in speculā quandā, & illuc conspicati sarmenta procul natantia, nauim esse magnā existimarūt: quā obrem expectarunt, tanquam appulsura ea esset. Cūm verò à vento lata sarmenta propriis forent, nō nauim amplius, sed scapham videre videbantur. & due etis autem illis, cūm sarmenta esse vidissent, inter se dixerunt: ve nos igitur frustra, quod nihil est, expectabamus?

Fabula significat, nonnullos homines, qui ex improviso terribiles esse videntur, cūm periculum feceris, nullius esse pretij inueniri.

## ¶ Asinus sylvestris.

60

A S I N V S sylvestris asino viso doméstico in loco quodā aprico, profectus ad ipsum, beatum dicebat, & corporis habitudine, & cibi perceptione. Deinde verò cūm vidisset eum ferentem onera, & agasonem retro sequentem, & baculis ipsum percutientem, ait: Ast ego non amplius beatum te existimabo: video enim non sine magnis malis habere te felicitatem.

Fabula significat, non esse æmulanda lucra, in quibus insunt pericula, & miseria.

## ¶ Asini.

61

A S I N I olim propterea quod abidue onera ferrent, & fatigarentur, legatos miserunt ad Iouem, solutionum laborum petentes. Hic autem ostendere ipsis volens, id nō fieri, ait, tunc eos liberatum iri laboribus, cum mingendo fluvium fecerint. Ac illi eum verum dicere existimantes, ex illo & nunc usque, ubi aliorum virinam viderint asinorum, illuc & ipsi circumstante mingunt.

Fabula significat, vnicuique quod fatale est, incurabile esse.

C 2 Asin.

## ¶ Asinus, &amp; vulpes.

62

ASINVS inductus pelle leonis vagabatur, reliqua bruta perterritendo. Ceterum visa vulpe, tentauit & hanc perterrefacere. Hac autem casu enim ipsius vocem audiuerat) ad ipsum ait: Compertum habeto quod & ego timuissim, nisi rudentem audinisset.

Fabula significat, nonnullos inductos, qui ijs, qui extra sunt, aliqui esse videntur, ex sua lingua civitate redargui.

## ¶ Asinus, &amp; ranæ.

63

ASINVS ligna ferens, pertransibat paludem quandam. Lapsus autem, ut decidit, nec surgere posset, lametabatur, ac suspirabat. Ranæ autem quæ erant in palude auditis suspirijs: Heus tu, dixerunt, & quid faceres, si tanto hic tempore, quanto nos fuisses, cum quia paululus cecidisti, sic lamenteris?

Hoc sermone viri quispiā poterit in virū segnem, qui ob minimos quosq; labores trilitatur, cū ipse majorib; facile resistat.

## ¶ Asinus, &amp; coruus.

64

ASINVS Ulcerato dorso in prato quodam pascebatur. Coruo autem insidente sibi, & ulcus percutiendo, asinus rudebat, ac saltabat: sed agasone procul stāte, ac ridente, lupus præteriens, ipse vidit, & dixit: Miseri nos, quos si tantū viderit persequitur, huic autem & arridet.

Fab. significat, maleficos homines, si tātu appareat, dignosci.

## ¶ Asinus, &amp; vulpes.

65

ASINVS & vulpes inita inter se societate, exinxerunt ad venationem: Leo verò cū occurisset ipsis, vulpes imminens periculum videns, profecta ad leonem, traditaram ei asinum pollicita est, si sibi impunitatem promiserit. Qui cum dimissurum eam dixisset, illa adduxerat asino in casses quosdam: ut incideret, fecit. Sed leo videns illum fugere minime posse, primam vulpem comprehendit:

*dit: deinde sic ad asinum versus est.*

Fabula significat, eos, qui socijs insidiantur, sepe & seipso  
nescios perdere.

¶ Gallina, & hirundo.

66

G A L L I N A serpenti quis in uictis diligenter calefacta  
excludit. Hirundo autem cum eam vidisset, ait: O de-  
mens, quid haec nutris? quae cum excreuerint, a te prima  
iniuriam auispicabuntur.

Fabula significat, implacabilem esse prauitatem, licet afficia-  
tur maximis beneficijs.

¶ Camelus.

67

C V M primum visa est camelus, homines perterriti, et  
magnitudinem admirati fugiebant. Vbi verò proceden-  
te tempore cognoverunt ipsius mansuetudinem, confisi-  
sunt eo usque, ut ad eam accederent. At intellecto pau-  
lo post beluae non inesse bilem, eò contemptius iere, ut ce-  
frena ei imponerent, & pueris agendam tradarent.

Fabula significat, terribiles res consuetudine contéptibiles fieri.

¶ Serpens.

68

S E R P E N S à multis hominibus pessimatus, totum  
postulauit. Iupiter autem ad eum dixit: si qui prior con-  
culcauit, pupugisse, ne quaquam id facere secundus ag-  
gressus fuisset.

Fabula significat, eos qui prius inuidentibus resistunt, alijs  
formidolosos fieri.

¶ Columba.

69

C O L V M B A siti corruptae, ut vidit quodam in loco po-  
culum aquæ depictum, verum rata, atque multo elata  
impetu, inscia in tabulam offendit, usque adeo ut pen-  
nis ipsius perfractis in terram decideret, atque à quodā  
occurrentium caperetur.

Fabula significat, nonnullos homines ob vehementes alacri-  
tates inconsulto res aggredientes, iniijcere sese in perniciem.

## ¶ Columba, &amp; cornix.

**C O L V M B A** in columbario quodam nutrita, facunditate superbiebat. **Cornix** vero ea audita ait: *Hens tu, desine hac re gloriari: nam quod plures paris, eò plus mœroris accumulas.*

Fabula significat, ex famulis quoque, eos esse infelicissimos, qui in seruitute multos filios faciunt.

## ¶ Diues.

**D I U E S** duas habens filias, altera mortua præficas conduxit. *Cū vero altera filia dixisset: Ut nos miseræ, ipsæ ad quas pertinet luctus, lamentari nescimus: hæ vero non necessaria sic vehementer plangunt.* mater ait: *Ne mirare filia, si haec ita lamentatur, na numorū gratia id agit.*

Fabula significat, nonnullos homines ob auaritiam non reverteri alienis calamitatibus quæstum facere.

## ¶ Pastor.

**P A S T O R** actis in queretum quoddam omnibus, strata sub queru<sup>m</sup> veste, ascendit, & fructum decutiebat. Omnes vero inter edendū glandes, nesciae & vestes una deuorarunt. At cū pastor descendisset, ut quod erat actū, vidit: *O pessima, ait, animalia, vos ceteris vellera ac vestes præbetis, à me vero, qui vos nutrio, et vestes surripitis.*

Fabula significat, plerosq; homines ob dementia eos qui nihil attinent, beneficio afficere, in domesticos mala operari.

## ¶ Bubulcus.

**B U B U L C U S** armatum taurorum pascens, amisit vitulum, lustrando omnem soliditudinem, indagando morā traxit. *Vbi inuenire nihil potuit, precatus est Iuueni, si furem qui vitulum cepit, ostenderit, hædum in sacrificium oblatum.* Ceterum proficiens in queretū quodam, inuenit a leone deuorari vitulum. *Trepidus igitur & perterritus, eleuatis manibus suis in cælum, ait:*

O do-

**O** domine Iupiter, promiseram tibi hœdum me daturum  
esse, si furem inuenirem: nūc taurum tibi recipio sacri-  
ficaturum, si huīus manus effugero.

Fabula in homines infortunatos, qui dum quippiam amise-  
rint, precantur ut inueniant, cū inuenient, quarunt effugere.

**¶ Aquila.**

74

**S**VPER petra aquila sedebat leporem capture: hanc  
autem quidam percussit sagitta, quæ intra ipsam ingre-  
sa est, sed crena cum pennis ante oculos stabat: quam cū  
vidisset: Et hoc mihi altera mæstitia, quod proprijs pen-  
nis intercam.

Fabula significat, durū esse, cūm quis à suis periculis patiatur.

**¶ Vermis, & vulpes.**

75

**Q**VI sub cæno celabatur vermis, super terrā egressus  
dicebat omnibus animalibus: Medicus sum medicami-  
nū doctus, qualis est Pæon deorum medicus. Et quomo-  
do, ait vulpes, alios curans, te ipsum claudū non curas?

Fabula significat, nisi prestd experientia fuerit, omne verbum  
inane esse.

**¶ Gallina auripara.**

76

**G**ALLINAM quis habens oua aurea parientem, ra-  
tus intra ipsam auri massam inesse, occisam alijs Galli-  
nis similem reperit. Hic multum sperans inuenire diui-  
tiarum, et exiguis illis priuatus est.

Fabula significat, oportere contentum esse præsentibus, & fu-  
gere inexplibilitatem.

**¶ Lupus, & vetula.**

77

**L**UPVS esuriens circuibat querendo cibum. Profectus  
autem ad locum quendam, audivit lugentem puerulū,  
eique dicentem anum: Desine plorare: si minus, hac ho-  
ra tradam te lupo. Ratus igitur lupus serio loqui anicu-  
lam, expectabat ad multā horā. Sed cū aduenisset vespe-

ra, audit rursus anū blādientē puerulo, ac dicente: Si ve  
nerit lupus huc, interficiemus eū fili. His auditis lupus  
cūdo dicebat: In hoc tugurio aliud dicūt, aliud faciunt.

Fabula in homines, quorum facta verbis non respondent.

¶ De culice, & leone.

78

**C**ULEX ad leonem accedens, ait: Neque timeo te, neq;  
fortior me es: minus mihi adesse viriū ideo existimas,  
quod laceres vnguis, & dentibus mordcas: hoc &  
fæmina cum viro pugnans facit. Ego vero longè sum te  
fortior. Si vero vis, veniamus ad pugnam. Et cum tuba  
cecinisset, culex inhæsit mordes circa nares ipsius laueis.  
gen. is: leo autem proprijs vnguis dilaniavit se ipsum,  
donec indignatus est. Culex autem victo leone cum so-  
nuisset tuba, & opinicum cecinisset, enolauit. Aranea  
vero vinculo implicitus cum deuoraretur, lamentaba-  
tur quod cum maximis pugnans, à vili animali aranea  
occideretur.

Fabula in eos, qui prosternunt magnos, & à paruis pro-  
sternuntur.

**G**. V. L. I. E. L. M. V. S. C. A. N. O. N. I. C. V. S,

- D. A. V. R. A. V. G. V. S. T. I. N. I. F. L. O. R. E. N. T. I. O

suo, illustri Baroni Iselsteino, s. d.

**F**ABULAS Aesopi cùm ex oratione ligata in  
solutam vertisseim, tibi florentissime Florenti  
dicare placuit: quām enim sis amans literatum,  
ex meo Antonio viro literatissimo facile intelli-  
go. Nam cū tu quidē quod eruditū scires, acci-  
uisti, & is tui amantissimus est, cùm obalia quæ-  
dam, tum ob amorem tuum ergaliteratos. Neq;  
illud præterire debeo, me quoque à te vchemen-  
ter amari, & te commendante magistro Antonio  
succen-

iuccensum desiderio nostri. Apprimè sanè dece-  
re solet, qui genere sit illustris, eum esse amicum.  
& familiarem literarum, quæ, ut cætera commo-  
da earum sileam, vel solæ adeò faciunt immorta-  
lem. Erit autem harum fabularum lectio tibi (vt  
opinor) vtilis, quippe vbi multa ad bene viuen-  
dum apposita inuenies, grata certè earum lectio,  
& iucunda nō esse non potest. Haec tenus autē eas  
illis, qui alias complures scripserint, fuisse negle-  
ctui, satis miror: nec equidem tamen scripturus  
fuisse, ni & Titus Liuius harum in historia me-  
minisset, & Flaccum nostrum in epistola vsum vi-  
derem, & Quintilianum Institutionum libris v-  
tendum suadere cernerem: Sed satis iam exordij.  
Illud te admonitum velim, ne sis inscius, ani-  
mantes, quæ iam mutæ sunt, olim fuisse loqua-  
ces. Vale, & me, vt facis, ama.

**¶ De Gallo galliniceo.**

**G**ALLVS gallinaceus dum verrit stercorarium, of-  
fendit gemmā: Quid, inquiens, rem sic nitidā re-  
perio? Si gēmarius reperisset, nihil esset eo latius, vt qui  
pretiū sciret. Mihi quidē nulli est usui, nec magni asti-  
mo: imo equidē omnibus gemmis granū hordei malim.

Per gemmam artem sapientiamque intellige: per gallum ho-  
mineni stolidum & voluptuarium. Nec stolidi artes liberales  
amat, cum vsum earum nesciant: nec voluptuarius, quippe cui  
vna placeat voluptas.

**¶ De lupo, & agno.**

**L**V P V S ad caput fontis bibens, videt agnum procul  
infra bibentem. Accurrit: agnū increpitat, quod tur-  
barit fontem. Trepidare agnus, supplicare, vt parcat in-  
nocenti: se quādo longè infra biberit, potum lupi nec po-  
tuisse

tnisse quidem turbare, nedum voluisse. Lupus contra intonat: Nihil agis sacrilege, semper obes. Pater, mater, omne tuum iniurium genus sedulò mihi aduersatur. Tu mihi dabis hodie pœnas.

Vetus dictum est, ut canem cædas, facile inueniri baculum. Potens si libet nocere, facile capit nocendi causam: satis peccauit, qui resistere non potuit.

### ¶ De mure, & rana.

BELLVM gerebat mus cum rana. De paludis certabatur imperio. Pugna erat vehemens & anceps: mus callidus sub herbis latitans, ex insidijs ranam adoritur: rana viribus melior, pectore, & insultu valens, aperto marte hostem lacescit. Hasta utriusque erat iuncta. Quo certamine procul viso, milius adproperat: dumque præ studio pugnae neuter sibi cauet, utrumque bellatorem milius rapit, & laniat.

Itidem euenire solet factiosis ciuibus, qui accēsi libidine dominandi, dum inter se certant fieri magistratus, opes suas, plenarique etiam vitam in periculo ponunt.

### ¶ De cane, & umbra.

CANI strans fluuiū, rictu vehebat carnem. Splendente sole, ita ut sit, umbracarnis lucebat in aquis. Qui ille visam audie captans, quod in fauibus erat, perdidit. Itaque tum rei, tū spē iactura percussus, primū stu puit, deinde animū recipiēs, sic elatranuit: Miser, deerat cupiditati tue modus: satis superque erat, ni despusses. Iam per tuam stultitiam minus nihil tibi est.

Monemur hac fabella modestię, monemur prudentiæ: ut & cupiditati sit modus, ne certa pro incertis amittamus. Astutus certe Terentianus ille Sannio: Ego, inquit; spē pretio nō emo.

### ¶ De leone, & quibusdam alijs.

CVM oue ac quibusdam alijs pepigerat leo venationē fore communem: itur venatū: capitur céruius: partiuntur.

tur singulas singulis partes tollere, ut conuenerat incipientibus, leo rugit: Una, inquiens, pars mea est, quia sum dignissimus: Altera itidem mea est, quia viribus præstantissimus. Porro quia in capiendo certio plus sudauerim, vendico tertiam. Quartam denique partem nisi concederitis, alii est de amicitia. Socy hoc audito, descendunt vacui, & taciti, non ausi mutire contra leonem.

Rara semper fuit fides, apud hoc seculum rarer est, apud potentes, & est, & fuit semper rarissima. Quocirca satius est ut viuas cum pari. Qui enim cum potentiore viuit, necesse habet sepe de suo iure concedere: cum æquali æquale tibi ius erit.

### ¶ De lupo, & grue.

6

L V P O Voranti ouem, forte ossa hædere in gula. Ambit, orat opè, opitulatur nemo. Omnes dictitat tulisse eū pretiū voracitatis. Tandem blanditijs multis, pluribusq; promissis gruem inducit, ut collo longissimo in gulā inserto, os infixū eximeret. Petenti autem præmiū illusit: inepta, inquit, abi: non sat habes quod vivis? Vitam debes mihi: si libuisses, licuit præmordere collum tuum. Tritum est, perire quod facis ingratu.

### ¶ De rustico, & colubro.

7

R V S T I C V S repertum in niue colubrum frigore propè enectum, domum tulit, abiecit ad focum. Coluber ab igni vim, virusque recipiens, deinde flamمام non ferens, omne tugurium ssibilando infecit. Accurrit rusticus, correptas fude, verbis, verberibusque cum eo iniuriam expostulat. Num hanc referat gratiam? num vitā erepturus sit illi, qui vitam ipsi dederit?

Fit interdum, ut obsint tibi, quibus tu profueris, & male de te mercantur iij, de quibus tu bene sis meritus.

### ¶ De apro, & asino.

8

D V M iners asinus irrideret aprum, ille indignas fren-debat.

debat. Malum quidem ignauissime fueras meritus, sed etiam si tu pœna fueras dignus, tamē ego indignus, qui à te pœnas sumam. Irride tutus, impunè tibi licet, tutus enim es ob inertiam.

Demus operam, ut cūm indigna nobis audimus, aut patiamur, ne indigna nobis dicamus, aut faciamus. Mali enim & perditū plerūque gaudent, si quispiam bonorum eis resistat, magni pēdūt haberi sè dignos vltiōe. Imitemur equos, &c magnas bestias, qui oblatrantes caniculos, cum contemptu prætereunt.

### De mure urbano, & mure rustico.

**L**I**B**I**T**VM est Urbano muri deambulare rus. Vedit hunc nūs rusticus, inuitat, apparatur, itur cānatum. Depromit rusticus quicquid posuerat in hyemem, & exhaustus omne penus, ut iāti hospitis expleat lautitiam. Urbanus tamen frontem corrugans, ruris dānat inopia, urbis subinde laudat copiā. Remeans dicit secū in urbe rusticū, ut que verbis iactitarat, re comprobaret. Ineūt conuiuiū, quod Urbanus splendide compararat. Inter expulandū auditur in sera murmur clavis : trepidare illi, & fugitare fugitando. Rusticus & insuetus, & loci ignarus agrē se tueri. Discedēte famulo redit Urbanus ad mensam, vocat rusticum : ille vix tandem metu deposito prorexit. Insitantem ad pocula Urbanū percunctatur, nū hoc periculum crebrum sit : Respōdit ille quotidianū esse, oportere contemni. Tum rusticus : Quotidianum? inquit : Mehercile istae dapes plus fellis quam mellis sapiunt. Evidem malo cum securitate meam inopiam, quam cum tali anxietate istam copiam.

Diuitiae p̄ se ferunt quidem voluptatem, sed si introspicias, habent pericula & amaritudinem. Eutrapelus quidam fuit, qui cū inimicis suis quam maximē nocere vellet, diuites eos faciebat, dictitans ita sè eos vlcisci, quippe accepturos cum diuitijs ingentem sarcinam curtarum.

## ¶ De aquila, &amp; cornicula.

A Q V I L A nacta cochleam, non vi aut arte quiuit eruere pisces. Accedens cornicula dat consilium. suadet subuolare, & è sublimi cochleam in saxa præcipitare, sic enim fore ut concha frangatur. Hunc manet cornicula, ut præstoletur casum, præcipitat aquila, frangitur testa, subripitur pisces à cornicula, dolet elusa aquila.

Noli quibusvis habere fidem: & consilium, quod ab alijs accepis, fac inspicias. Multi enim consulti, non suis consultoribus, sed sibi consulunt.

## ¶ De coruo, &amp; vulpecula.

P R A E D A M. nactus strepitat in ramis coruus. Videt vulpecula gestientem, accurrit: Coruum, inquit, plura-  
ma salute impertit vulpes. Sapenumero audieram famam  
esse mendacem, iam re ipsa experior. Nam ut hac forte  
iam prætereo, suspiciens te in arbore, ad uolo ciupans fa-  
mam. Fama enim est, te nigriorem pice esse, et video  
candidiorem niue. Meo sane iudicio cygnos vincis, & he-  
dera formosior alba es. Quod si ut plumis, ita & voce  
excellis, omnium aviū equidē te dixerim reginā. Hac as-  
tentatiūcula illectus coruus, ad canendū apparat, appar-  
ranti verò è rostro excidit caseus: quo correpto, vulpecu-  
la cachinnū tollit. Tum demū miserum coruum pudet,  
pigetque sui: & iactura rei mista pudore dolet.

Nonnulli sic audi laudis sunt, ut cum suo probro & damno  
ament assentatorem. Eiusmodi homunciones predæ sunt pa-  
rasitis. Quod si vitaueris iactantiam, facilè assentatorum pesti-  
ferum genus vitaueris. Si tu voles esse Thralo, nusquam deerit  
Gnatho.

## ¶ De leone senectute confecto

L E O qui in iuuentute complures sua ferocitate fecerat  
inimicos, in senectute exoluit pœnas. Reddant talionem  
bestie. Dente aper, cornu petit tauris. In primis asel-  
lus,

lus, vetus ignaviæ nomen cupiens abolere, verbis & cibis strenuè insultat. Tum gemebundus leo: Hi quibus olim nocui, iam vicissim nocent, & merito. Sed hi quibus aliquando profui, iam vicissim non profunt, imò etiā immerito obsunt. Stultus fui, qui multos fecerim inimicos, stultior qui falsis amicis confisus fuerim.

In secundis rebus nō esteraris, non sis ferox. Nam si vultum mutarit fortuna, vlciscentur quo s laſisti. Et inter amicos sic habetas discrimen. Sunt enim quidam amici non tui, sed mensæ tuæ, sed fortunæ tuæ. Quæ quidem fortuna simul ac mutata erit, & illi mutabuntur. Et bene tecum actum erit, si non inimici fuerint. Merito queritur Ouidius.

En ego non paucis quondam munitus amicis,

Dum flaſet velis aura secunda incis:

Vt verd nimboſo tumuerunt æquora vento,

In medijs lacera puppe relinquor aquis.

### ¶ De cane, & asino.

13

D u m blandiretur canis hero, & familia herus, & familia canem demulceret: asellus id videns, altius gemit, cœpit eum pigere suæ sortis, iniquè putat comparatum canem gratum esse cunctis, pasci que de mensa herili, id est, ocio ludoque consequi: Sese contrâ portare clitellas, cædi flagello, nunquam otiosum esse, & cunctis tamen odiosum. si haec fiant blanditijs, cā artem, qua tam utilis sit, statuit sectari. Igitur quodam tempore redeunti domū hero, rem tentaturus, procurrit obuiam, subsilit, pulsat vngulis: exclamante hero, accurrere serui, & ineptus asellus, qui se urbānum credit, fuste vapulat.

Non omnia possumus omnes (vt ait Vergil. in Bucolicis) nec omnes omnia decent: id quisque velit, id tēret, quod possit. Nō simus id quod Græcè significantius dicitur, ὅτε λύγεω, id est, asinus lyrarum, vel lyrae. Sic autem Boëtius: Asinus ad lyram positus. Repugnante natura irritus est labor. Tu nihil inuita facies dicesue Minerua, teste Horatio.

### ¶ De leone, & mure.

14

Leo

**L**EO aetate cursuque defessus, sub umbra fronde super viridi quiescebat. Murium autem grege tergum eius percurrente, expperrectus unum è multis comprehendit. Supplicat captiuus, indignum se esse cui leo irascatur, clamitat: reputans ille in nece tantillæ bestiæ nihil esse laudis, captiuum dimittit. Nec verò ita multò post, leo forte dum per saltum currit, incidit in plagas, rugire licet, exire non licet. Rugientem miserabiliter leonem mis audit, vocem agnoscit, repit in cuniculos, laqueoru quærit nodos, quæsitos inuenit, inuentos corrodit, leo è plagiis euadit.

Hæc fabella suadet potentibus clementiam. Etenim ut sunt res humanæ instabiles, egent interdum ipsi potentes ope humillimorum. Quare vir prudens, & si potest, timebit vel ulli hominum nocere. Qui autem non timet nocere alteri, valde despiciat. Quid ita? Quia etsi iam potentia fretus neminem metuit, forsan olim erit ut metuas. Cōstat enim euenisse claris, magnisque regibus, ut vilium hominutionum vel gratia indiguerint, vel iram metuerint.

### ¶ De miluo ægroto.

15

**L**ECTO decumbebat milius. Iam fermè moriens matrem orat precatum ire deos. Mater respondet, nil opis illi sperandum à dijs, quorum sacra, & aras suis rapinis toties violasset.

Decet venerari superos. Illi enim pios iuuant, impios auerstantur: in felicitate neglecti, in miseria non exaudient. Quare in secundis rebus sis eorum memor, ut in aduersis rebus praesentes sint vocati.

### ¶ De hirundine, & alijs auiculis.

16

**C**V M primùm cæptum est seri linum, hirundo suadet auiculis impedire sementem, dictatas sibi fieri insidias. Irrident illæ, stultam ratem hirundinem vocant. Surgeante iam lino & virescente, rursus monet euellere satas. Iterum irrident. Maturescit linum, hortatur populari

lari segetem. Cum ne tunc quidem consulentem auarrent, hirundo avium cœtu relicto, hominis sibi conciliat amicitiam. Initum cum eo fœdus, cohabitare, cantu demulcet, Ceteris avibus è lino sunt retia & laquei.

Multi nec ipsi consulere sibi norunt, nec recte consulente audiunt. Sed cum in periculis sunt & damnis, tum demū sapere incipiunt, & suam damnare secordiam. Tum sat superq; consilij est: Hoc, inquiunt, & illud factum oportuit. Sed præstat esse Prometheus, quam Epimetheus. Fuere hi fratres, nomina sunt Graca. Alteri consilium ante rem fuit, alteri post re, quod declarat interpretatio nominum.

### ¶ De ranis, & earum rege.

17

GENS ranarum, cum esset libera, Ioui supplicabat dari regem. Ridere Jupiter vota ranarum: ille tamen iterū atque iterum instare, donec ipsum perpellerent. Deicit ille trabem, ea moles ingenti fragore quassat fluuiū: territe silent rane: regem venerantur. Accedunt pedentim propius, tandem abiecto metu, insultant & desultant: iners rex lusni est, & contemptui. Lacesunt rursum Iouem, orant regem dari qui strenuus sit. Dat Jupiter ciconiam. Is præstrenue perambulans paludem, quicquid ranarum obuium fit, vorat. De huins igitur scutia rana frustra questæ sunt. Jupiter non audit: nam & hodie adhuc queruntur. Vesperi enim ciconia cubitum erunte, & antris egressæ, rauco v lulatu murmurat, sed surdo canunt. Vult enim Jupiter, ut qua regem clementem sint deprecatae, iam ferant inclementem.

Perinde atque ranis euenire solet plebi, quæ si regem pauld mansuetiorem habet, ignavum, inertem esse causatur, optat aliquando contingere sibi virum. Contrà si quando nacta est regem strenuum, huius scutiam dasinat, prioris laudat clementiam, siue quodd semper præsentium nos peccaret, siue quodd verum est verbum: Noua veteribus non esse potiora.

### ¶ De columbis, & earum rege Accipitre.

18

*Columbae et accipiter*

**C O L V M B A E** olim bellum gessere cum miluo, quem  
vt expugnarent, delegerunt regem accipitrem. Ille rex  
factus, hostem agit nō regem. Non segniūs ac miluus ra-  
pit ac laniat. Pœnitet columbas incepiti, satius fuisse pu-  
tantes, pati bella milui, quām tyrannidem accipitris.

Neminem suæ sortis nimium pīgeat. Nihil est (rēste Flacco)  
ab omni parte beatū. Evidēm mēam sortem, modō tolerabi-  
lis sit, mutari non optem. Multi noua sorte quæsita, veterē rur-  
sus optarūt. Ita plerique ingenio sumus omnes, vt nosmet no-  
stri poeniteat.

¶ De fure, & cane.

**F . V R I** aliquando panem (vt sileat) porrigenti, respon-  
dit canis : Insidias tuas noui, panem das quō desinam  
latrare: sed ego tuum munus odi. quippe si ego tulero pa-  
nem, tu ex his tectis cuncta asportabis.

Caue parui commodi causa, amittas magnum : caue cuius  
homini fidem habeas. Sunt enim qui dolo non tantum beni-  
gnè dicunt, sed & benignè faciunt.

¶ De lupo, & sucula.

**P A R T V R I E B A T** sucula; pollicetur lupus se custo-  
dem fore fatus. Respondit puerpera, lupi obsequio se nō  
egere: si velit pius haberi, si velit gratum facere, lon-  
guis abeat. Lupi enim officium, costare non presentia, sed  
absentia.

Non sunt cuncta credenda cunctis. Multi suam operam pol-  
licentur, nō tuī amore, sed sui, suū querentes cōmodū, nō tuū.

¶ De partu montium.

**O L I M** rumor erat parturire montes, homines accur-  
runt, circunfistunt, monstri quippiam non sine pauore  
expectantes. Parturiunt tandem montes, exist mus, tum  
omnes risu emori.

Hanc fabellam tangit Horatius: Parturiunt montes, inquit,  
nascentur ridiculus mus: notat autem iactantiam. Iactabundi  
enim cūm magia profitentur, & ostentant, vix pārua faciunt.

Quapropter Thrasonēs illi iure sunt materia ioci & scotina-  
tum. Verat item hæc fabella inanes timores. Plerunque enim  
grauior periculo est periculi metus, imd̄ ridiculum est, quod  
metuimus.

**¶ De cane vetulo, qui ab herbo contemnitur.** 22

**C A N E M** venaticum, qui iam senuerat, instigat he-  
rus, frustra hortatur, tardi sunt pedes, nō properat. Pre-  
henderat feram, fera edentulo elabitur. Increpitat he-  
rus verbere & verbo. Canis respondet, debere sibi iure  
ignosci, iam senuisse, at iuuenem fuisse strenuum. Sed ut  
video, inquit, nihil placet sine fructu. Iuuenem amasti,  
senem odisti. Amasti prædabundū, odisti tardū eden-  
tulū. Sed si gratus es̄s, quē olim iuuenem frugis causa  
dilexisti, senem fructuosa iuuentutis gratia diligeres.

Recē canis: Nam teste Nasone.

Nil, nisi quod prodest, carum est; en detrahe menti.

Spem fructus auida, nemo petendus erit.  
Præteriti comodi nulla est memoria: futuri autem gratia nō  
magna, præsentis comodi summa.

Turpe quidem dictu, sed si mod̄ vera fatemur,

Vulgus amicitias utilitate probat.

**¶ De leporibus inaniter timientibus.** 23

**S Y L V A** insolita mugiente turbine, trepidi lepores ra-  
pidè occipiunt fugere. Fugientes, cūm obſisteret palus,  
stetere anxi vtrinque comprehensi periculis. Quoq; ma-  
ioris es̄s incitamentū timoris, vident in palude mergi  
ranas. Tū ex leporibus unus prudentior ceteris, ac diser-  
tior: Quid, inquit, inaniter timemus? Animo opus est.  
Corporū quidē agilitas nobis est, sed animus deest. Hoc  
periculum turbinis non fugiendū, sed est contemnendū.

Omni in re opus est animo. Iacet virtus sine cōfidentia. Con-  
fidentia enim dux & regina virtutis est.

**¶ De hædo, & lupo.** 24

**C A P R A** cūm es̄s pastum itura, hædum domi conclu-  
dit,

dit, monens aperire nemini, dum redeat ipsa. Lupus, qui id procul audierat, post matris discessum pulsat fores, voce caprizat, iubens recludi. Hæc dux dolos presentiens, Non aperio, inquit: nam et si vox caprizat, tamen equidem per rimulas lupum video.

Obedire parenti filios, ipsis est vile, & iuuenem seni deceat auscultari.

**D**e ceruo, & ove.

25

C E R V U S coram lupo ouem ream facit, modium tritici debere clamitans. Ovis debiti quidem erat inscia, tamen ob lupi presentiam spondet se daturam: dicitur solutioni dies. Dies adest, monet ceruus ouem. Illa it inficias. Quod enim promiserit, excusat factum in metu, et praesentia lupi. Votum extortum non esse seruandum.

Sententia iuris est, Vim vi repellere licet. Ex hac fabella noua quedam nascitur: Fraudem fraude repellere licet.

**D**e rustico, & angui.

26

R U S T I C U S quidam nutrierat anguem. Iratus aliquando bestiam petit securi. Euadit illa non sine vulnera. Postea rusticus deueniens ad paupertatem, ratus est id infortunij propter anguis iniuriam sibi accidere: igitur supplicat angui, ut redeat. Ille ait ignoscere se, sed redire nolle. Neque enim fore securum cum rusticu, cui tantas sit domi securis, liuorem vulneris desisse, superesse tam memoriam.

Ei qui semel fidem soluit, iterum habere fidem vix est tutum: iniuriam quidem dohare, id sane misericordiae est: catere autem sibi, & deceat, & prudenter est.

**D**e vulpecula, & ciconia.

27

V U L P E C U L A vocarat ciconiam ad cenam. Obsoniu in mensam effundit: quod cum liquidum esset, ciconia fristrarostro tentante, vulpecula lingit. Abit elusa at-

uis, pigetque pudetque iniuria. Post plusculum dierum reddit,  
inuitat vulpeculam. Kitreum vas situm erat plenum belli  
obseni. Quod quisidem vas quin esset arcti gutturi, vul-  
pecule obsonium licuit videre, & esurire, gustare non  
licuit. Ciconia rostro facile exhausit.

Risus risum, iocus iocum, dolus dolum, fraus meretur fraudem.

¶ De lupo, & capite picto. 28

L V P U S in officina sculptoris caput humanum repertum  
versat, miratur, sentiens id, quod erat, nihil habere sensus:  
O pulchrum, inquit, caput: est in te artis multum,  
sed sensus nihil.

Externa pulchritudo, si adsit, grata: sin alterutra carendum est,  
præstat externa quam interna careas. Illa enim sine hac interdum  
incurrit odium, ut stolidus ed sit odiosior, quo formosior.

¶ De graculo. 29

G R A C U L U S ornauit se plumis pavonis. Deinde pul-  
chellus sibi visus, fastidito genere suo, contulit se ad pa-  
vionum genus. Illa tandem intellecta fraude, stolidam  
auem coloribus nudarunt, & plagiis affecerunt. Horati-  
us hanc fabellam primo epistolarum libro narrat de  
cornicula. Ait eam olim adornatam, collectis, quæ auibus  
exciderant, plumis: post, ubi unaquaque avium suam  
plumam decerpserat, ridiculam fuisse.

Nec forte suas repetitum venerit olim

Greco avium plumas, moueat cornicula risum,

Furtius nudata coloribus.

Notat haec figura eos, qui se gerunt aequo sublimius, qui cum  
his vincent, qui & ditiores sunt, & magis nobiles. Quare sapientes  
inopes sunt, & sunt ludibrio. Probè Iuuenalis monet: E celo  
descendit, & vultus tuus hoc est, Nosce te ipsum.

¶ De musca, & formica. 30

M U S C A altercabatur cum formica, se nobilem, illam  
ignobilem: se volitare, illam repere: se versari in tectis  
regum

regum; illam cœternis latere, segetem rodere, aquam bibere, se splendide epulari iactabat, & hæc rūmen ocio nasci. E regione formicæ se non ignobilem esse, sed suis natalibus contentam: muscam vagam esse, se stabilem: sapere formicæ grana & fluenta, quod muscæ pastilli et vina. Atque hæc se non segni otio, at strenua opera nancisci. Porro formicam latam esse, & tutam, charam omnibus, exemplar denique laboris: Muscam anxiam cum periculo esse, cunctis infestam, cunctis inuisam, exemplar denique segnitiei. Formicam hyemis memorem, alimenta reponere: muscam in diem vivere, hyeme aut esurituram, aut certè morituram.

Qui pérgit quæ vult dicere, quæ non vult audiet. Musca si bene dixisset, bene audisset. Assentior autem formicæ. Videtur enim optabilior vita obscura cum securitate, quam cum periculo splendida.

### ¶ De rana, & boue

R A N A cupida æquandi bouem, se distentabat. Filius hortabatur matrem cœpto desistere. Nihil enim esse ranam ad bouem: Illa secundum intumuit. clamitat natus: Crepes licet mater, bouem nunquam vinces. Tertium autem quum intumuisse, crepuit.

Cuique sua dos est. Hic forma, ille viribus, hic opibus, ille pollet amicis. Numquemque suo decet esse contentum. Vallet ille corpore, tu ingenio. Quocirca quisque semet consulat, ne inuidiat superiori, quod miserum est ( nec quod stultitiae est) certare optet.

### ¶ De equo, & leone.

V E N I T ad equum comedendū leo. Carens autem presencta viribus, meditari cœpit artem, medicum se profitetur, verborum ambage equum moratur. Hic dolum, ætem opponit arti. Fingit se nuper in loco spinoso pupugisse pedem, orat ut inspicias sente medicus edu-

eat. Paret leo. At equus quanta potuit vi, calcem leonem impingit; & se continuo congit in pedes. Leo vix tandem ad se rediens (ictu enim propè exanimatus fuerat). Pretium, inquit, fero ob stultitiam, & iure effugit: Dolum enim dolo ultus est.

Odio digna est simulatio, & simulatione capienda: Non est timendus hostis, qui hostem pre se fert, sed qui cum hostis sit, benevolentia simulat, is demum timendus, & odio dignissimus.

### ¶ De equo, & asino. 33

**E**QUVS phaleris sellaque exornatus, cum ingenti binatu per viam currebat. Currenti autem onuslus asellus forte obstabat. Equus ira fremebundus, & frenas flexus spumantis mandens: Quid, inquit, tarde, ignave absistis equo? Cede, inqua, aut proculo te pedibus. Asellus contrarudere non ausus, cedit tacitus. Equo autem prouolanti, & cursum intendentib; crepat inguen. Tum cursui & ostentui inutilis, ornamenti spoliatur, dein carrario venditur. Videl postea cum carro venientem asellus, & assatur: Hec bone vir: quid isthuc ornatus est? Vbi aurata sella, bullata cingula? Vbi nitidum frumentum-Sic amice necesse fuit euenire superbienti.

Plerique in secundis rebus elati sunt, nec sui memores, nec modestia. Sed quia prosperitate insolescunt, aduerteritatem incitruunt. Eos qui felices videntur, monuerim esse cautos. Etenim si rota fortunae circumdatam fuerit, sentient miserrimum genus infortunij esse suissim felicem. Acedit ad cumulum intelligentias id quoque mali, contemnentur ab ijs, quos ipsi contempserunt, & illudent eis ijs, quos ipsi riserunt.

### ¶ De avibus, & quadrupedibus. 34

**A**VIBVS pugna erat cum quadrupedibus. Vtrinque spes, vtrinque metus, vtrinque erat periculum. Vesperilio autem relictis sociis defecit ad hostes. Vincunt aves duce & auspice aquila. Transfugam vero vespertilionem

tilionē damnant, uti ne ad aues vñquam illi sit redditio,  
uti ne luce vñquam sit volatus. Hac causa Vespertilionis  
est, ut non nisi noctu volet.

Qui cum socijs aduersitatis & periculi particeps esse renuit,  
prosperitatis & salutis expers erit.

### ¶ De lupo, & vulpe.

35

LUPVS quum præda satis esset, in otio degebat. Accedit vulpecula, sciscitatür otij causam. Sensit lupus insidias fieri suis epulis, simulat morbum esse causam, orat vulpeculam deprecatum iri deos, illa dolens dolum non succedere, adit pastorem, monet petere latebras lupi: honestem enim securum posse inopinatō opprimi. Adoritur pastor lupum, mactat. Illa potitur antro & præda. Sed fuit illi breue sceleris sui gaudium. Nam non ita multo post idem pastor & ipsam capit.

Fœda res inuidia est, & ipsi interdum autori quoque perniciosa: Flaccus epistolarum primo:

Inuidus alterius rebus macrescit opimis.

Inuidia Siculi non inuenere tyranni

Maius tormentum.

### ¶ De ceruo.

36

CERVUS in perspicuo fonte se conspicatus, probat proceras frontis & ramosa cornua: sed tibiarum exilitatem damnat. Fortè dum contemplatur, dum iudicat, intervenit venator. Fugit ceruus ocyor pilis, & agente nimbo ocyor Euro. Insectantur fugientem canes. Sed quum intrasset condensam sylvam, implicita sunt ramis cornua: tum demum tibias laudabat; & cornua damnavat, que fecere ut præda esset canibus.

Fugienda petimus, petenda fugimus. Placent que officinent, que conferunt displicant. Beatitudinem cupimus, priusquam vbi sit intelligamus. Opum excellentiam & honorum celitudinem quarimus: in his beatitudinem sitam opinamur, in qui-

A E S O P I

bus tamen multum laboris est & doloris. Pulchrè id significat  
Lyricus ille noster:

Sapius ventis agitatur ingens

Pinus, & celsè grauiore casu

Decidunt turres, feriuntque summos. Fulgura montes.

¶ De vipera, & lima.

I N fabrica offendens limam vipera, cœpit rodere. Sub-  
risit lima: Quid, inquieris, incepta quid agis? Tu tibi an-  
te contriteris dentes, quam me atteras: qua duritiem a-  
ris præmordere soleo.

Etiam atque etiam vide, quicum tibi res sit. Si in fortiores  
dentes aquis, non illi, sed tibi nocueris,

¶ De lupis, & ouibus.

L V P I S & agnis, quibus discordia est, fœdus aliquan-  
do fuit, datis virinque obfidibus. Lupi suos catulos: ones  
canum cohortem dedere. Quietis ouibus ac pascenibus,  
lupuli matrum desiderio vulnus edunt. Tum lupi ir-  
ruentes, fidem fœdusque solutum clamitant, onesque ca-  
num præsidio deslitutas laniant.

Inscita est, si in foedere tua præsidia hosti tradas. Nam qui  
hostis fuit, hostis forsitan nondum esse desigit. Fortassis & cau-  
sam ceperit, cur te nudatum præsidijs adoriantur.

¶ De sylua, & rustico.

Q UO tempore etiam arboribus suis sermo erat, venit  
rusticus in syluam, rogat ut ad securim suam tollere li-  
ceat capillū. Annuit sylua. Rusticus aptata securi cœpit  
arbores succidere. Tum, & quidem serò, pœnituit sylua  
sue facilitatis. Doluit seipsum esse causam sui exitij.

De quo bene inqueraris vide. Multi fuere, qui accepto benefi-  
cio, in autoris abusi sunt perniciem.

¶ De membris, & ventre.

P E S & manus ventrem olim incusarunt, quod ab o-  
tioso eo lucra ipsorum vorarentur. Iubent aut labore, gant  
aut ali ne petat. Supplicat ille semel atque iterum: ne-

gant tamen manus alimentum. Exhausto inedia ventre, ubi cœpere omnes artus deficere, tum manus voluit tandem officiosa esse, verum id serò. Nam venter desuetudine debilis, cibum repulit. Ita cuncti artus dum ventri inuident, cum ventre pereunte pereunt.

Perinde atque in membrorum societate est, ita habet se societas humana. Membrum eget membro, amicus eget amico: quare mutuis operibus & mutuis officijs vtenduni est. Neque diuitiae, neque dignitatum apices hominem satis tuentur. Vnicum & summum præsidium, complurium amicitia est.

### ¶ De simia, & vulpecula 41

S I M I A Vulpeculam orat, ut partem cauda sibi donet ad tegendas nates. Illi enim esse oneri, quod sibi foret vsui & honori. Respondet illa: nihil nimis esse, & semalle humum cauda sua verri, quam simianates tegi.

Sunt qui egeant, sunt quibus supereret. Nulli tamen diuitium, id moris est, ut re superflua beet egenos.

### ¶ De ceruo, & bobus. 42

C E R V V S venatorem fugiens, coniecit se in stabulū. Boues orat ut in praesepe latitare liceat. Boues tutum esse negant: mox enim & dominum & famulum affuturos. Ille securum se esse ait, modò ne ipsi prodant. Intrat famulus, occultum fœno non videt: exit. Gestire ceruus, & nihil iam timere. Tum unus è bobus, & auro & consilio grauis: Facile, inquit, erat hunc, qui talpa est, fallere, sed ut herum, qui Argus est, lateas, hoc opus, hic labor est. Mox deinde introgreditur herius. Qui ut serui negligentiam corrigat, cuncta lustrans oculis, & praesepe manu tentans, cerui deprehendit sub fœno cornua. Inclamat famulos, accurrit, feram concidunt, capiunt.

In aduersis rebus & periculis latebræ difficiles sunt inuentu, aut qa miseros ut cepit, fortuna exagitat; aut quia metu ipsi impediti,

pediti, & inopes consilij servet imprudentia produnt,

¶ De leone, & vulpecula.

43

LEO agrotabat, viscebant animalia, una officium differente vulpecula. Ad hanc legatum mittit leo cum epistola, que venire admoneat: gratissimam rem agroto fore eius unius presentiam. Nec quicquam periculi fore cur vulpecula metuat: leonem enim primum quidem amicissimum esse vulpecula: ideoque percupere eius colloquii. Deinde agrotum esse & decubere, & etia si, id quod non erat, velit, nocere tamen non queat. Rescribit vulpecula, optare se ut leo conualescat, idq; oratur superos. Ceterum minimè visurā, terreri enim se vestigis. Quae quidē vestigia cū omnia sint antro leonis aduersa, & nulla auersa, eam rem indicū esse; multum quidē animalium introisse, sed exiisse nullū. Horat. in I. Epist.

Olim quod vulpes agroto cauta leoni

Respondit, referam, quia me vestigia terrent,  
Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.

Cave fidem habeas verbis nisi caueris, sepe tibi dabūtur verba. Capienda est coniectura, cum ex verbis, tum ex factis, & ex his illa sunt iudicanda.

¶ De vulpecula, & mustela.

44

VULPECULA longa, inedia tenuis, sorte per angustiorem rimam in cameram frumenti repedit. In qua cū probè pasta fuit, dein rursus tentatē egredi, distentus impediat venter. Mustela luctantem procul contemplata, tandem monet si exire cupiat, ad cauim macra rebeat, quò macra intrarat.

Videas complures in mediocritate latos esse, atque alacres, vacuos curis, expertes animi molestijs. Sin hi diuites facti fuerint, videbis eos mœstos incedere, nunquam frontem porrigere, plenos curis, animi molestijs obrutos. Hac fabellam sic Horatius canit lib. I. Epist.

For-

Fortè per angustum tenuis vulpecula rimam  
Repserat in cameram frumenti, pastaque rursus  
Ire foras pleno rendebat corpore frustra.  
Cui mustela procul: Si vis, ait, effugere istinc,  
Macra cauum repeatas arctuni, quem macra subisti.

## ¶ De equo, &amp; ceruo.

45.

E Q U V S gerebat bellum cū ceruo. Pulsus tandem e pā  
scuis implorabat opem humānā. Redit cum homine, de-  
scendit in campū: victus anteā, iam sit vīctor. Sed tamē  
hoste vīcto, & sub iugum missō, ipse vīctor necēsse est  
seruiat homini. Equitem fert dorso, & frānum ore.

Dimicant multi contra paupertatem. Quā per fortunam &  
industriam vīcta, sepe vīctoris interit libertas. Domini  
quidem & vīctores paupertatis seruire incipiunt diuitijs, an-  
guntur avaritiae flagris, parsimoniae cohibentur frānis, nec  
quārēndi tenent modum, nec iusto quidem avaritiae suppli-  
cio partis rebus audent vīti. Horatius dē hac fabella libro pri-  
mo Epistolarum.

Ceruus equum pugna melior communibus herbis

Pellebat, donec minor in certamine longo

Implorauit opes hominis, frānumq̄e recepit.

Sed postquam violens vīctor discelsit ab hoste,

Non equitem dorso, non frānum repulit ore.

Sic qui pauperie in veritus, potiore metallis

Libertate caret, dominum vēhet improbus, atque

Seruiet aeternum, qui paruo nesciet vīti.

## ÆSOPI FABVLÆ XXXVI. ADRIA-

NO BARLANDO INTERPRETE.

## ¶ De duobus adolescentibus.

A DOLESCENTES duo obsonium apud cocum  
sese empturos simulant. Coco alias re's agente, carne  
alter ē cānistro surripit, dat socio ut sub vēste occulat.  
Cocu surreptam sibi carnis partem ut vidit, furti vērum  
que cāpit insimulare. Qui abstulerat, per louem nihil  
babere: is vērō qui habuit, nihil abstulisse identidem  
deierat. Ad quos: Me quidem, inquit cocu, sur nunc la-

**tet, sed is inspexit, is scit, quem iurastis.**

**S**i quid peccauimus, id non statim sciunt homines: at Deus omnia videt, qui sedet super celos, & intuetur abyssos. Quod si cogitent homines, suppressius, prudentiusque peccabitur.

**¶ De cane, & lanio.**

**C**ANIS in macello cum lanio carnem abstulisset, in pedes se continuo quantum potuit coniecit. Lanius iacturarei percussus primum tacuit, deinde animu recipiens, sic procul acclamitauit: O furacissime curre tutus, impune tibi licet: tutus enim es nunc ob celeritatem. Post hac autem cautius mihi obseruaberis.

**H**ec fabula significat plerosque omnes tum demum fieri cautores, ubi damnum accepérint.

**¶ De cane, & due.**

**C**ANIS ouem in ius vocat, panem ex mutuo debere, clamitans: illa it inficias. Milius, lupus, vultur accersuntur, rem affirmant, damnatur ouis, damnatam canis rapit ac deglubit.

Falsis testimonijis opprimit quam plurimos, cum nemo necit, tum hoc quam optimè docet fabellula.

**¶ De agno, & lupo.**

**A**GNO comitanti caprum, lupus sit obuiant, rogitat cur relieta matre oolidum potius sequatur hircum, suadetq, ut ad distenta lacte matris ubera redeat, sperans ita fore abductum ut laniet. Ille vero: Mater me, o lupo, inquit, huic commisit, huic summa cura seruandi data est, parenti potius, quam tibi obsequendum, qui me seducere istis dictis postulas, seductum mox percerpere.

Noli omnibus fidem habere: multi enim dum alijs videntur velle prodesse, sibi interim consulunt.

**¶ De adolescente, & cato.**

**C**VM adolescent quidam in delitys amoribusque usurpasset catum, Venerem precibus fatigauit, ut catum in fæmi-

fœminam transfiguraret. Commisere scit, & audit oran-  
tem Venus fit metamorphosis, quæ adolescenti misere a-  
manti perplacuit; nempe tota succi plenula, tota candi-  
dula, tota elegantula. Itur deinde in cubiculum, ride-  
tur, luditur. Nec verò ita multò pòst percipiens expe-  
rii Dea nunquid catus cum corpore mutasset & mo-  
res, per impluviū immittit musculum, ibi risu pror-  
sus, atque ludo res digna accidit. Conspectam illicò be-  
stiolam insequitur muliercula. Venus indignans, fœmi-  
na vultus iterum in Catum,

Cum pedibusque manus, cum paruis brachia mutant  
Cruribus, & cauda est mutatis addita membris.

Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt: ni-  
misque difficile est assueta relinquere. Naturam expellas furca-  
licet, ipsa recurret, inquit Horatius.

#### ¶ De agricola, & filijs.

C O M P L V R E S habebat agricola filios, adolescentiu-  
los, iisque inter se discordes fuere: quos pater elaborans  
trahere ad mutuum amorem, apposito fascieulo iubet sin-  
gulos breui circundatum funiculo effringere: imbecilla  
ne quicquam conatur etatula. Soluit parés, redditq; sin-  
gulis virgulam, quam cùm pro suis quisque viriculis fa-  
cile frangeret: O inquit, filoli, sic concordes vos vincere  
poterit nemo: sed si mutuis volueritis scuire vulneribus,  
atque intestinum agitare bellum, eritis tandem prada  
hostibus.

Docet hic apogonus, concordia paruas res crescere, discordia  
magnas dilabi.

#### ¶ De asino, & equo.

R V S T I C V S equum vacuum, asinumque sarcinulis  
egregiè onustum producit ad viam: defessus asellus, equū  
sibi onere ut adiungat, orat, si saluum velit. Negat factu-

rum equus. Asellus tandem sarcina pondere grauatus procumbit, moritur. Herus omne onus, mortui quoque aselli corium, in equi dorsum reclinat: quibus cum ille deprimetur. Me miserum, inquit, merito meo si nunc exerceor, qui dudum laboranti asino opitulari nolui.

Monemur hac fabula, ut opressis subueniamus amicis: ortus nostri (inquit Plato) partē sibi patria vendicat, partem amici.

### ¶ De carbonario, & fullone.

FULLONEM insultabat carbonarius, ut secum in variis ædibus habitaret. Fullo: Non est, inquit, mihi homo, isthuc mihi vel cordi, vel vtile: Vereor enim magnoperè, ne quæ ego eluam, tu reddas tamen alia quam carbo est.

Monemur hoc apologeticum inculpatis ambulare: monemur scelerorum hominum consortia veluti pestem quandam deuitare. Trahut, inquit Campanus, hominem sodalitia, commercia etiam in mores penetrant, & perinde quisque euadit, ut quibuscum versatur.

### ¶ De aucupe.

IT venatum auceps, videt nidulante procul in altissima arbore palumbum, adproperat, denique insidias molitur, premit forte calcibus anguem. Hic mordere: ille improviso exanimatus malo, Me miserum, inquit, diu alteri insidior, ipse disperreo.

Significat hæc fabula, nonnunquam eos suis artibus circumveniri, qui res nouas moliuntur.

### ¶ De buccinatore, seu tubicine.

BUCCINATOR quidam ab hostibus capit, abducitur: trepidare ille, supplicare, ut parcant innoxio, se, quando nihil unquam armorum præter unam buccinam gestauerit, hominem ne potuisse quidem occidere, nedū voluisse. Illi contrā murmure tum saeo, tum verberibus intonant: Nihil agis scelus, maximè noces, atque nunc hic trucidabere, quod cum ipse, defateris, sis rei militaris

*taris imperitus, cornu isthac tuo aliorum excitas, eui-  
brasque animos.*

Grauissimè peccant nonulli, qui ad mala alioqui satis pro-  
nis principibus, ut iniquè agant, consulunt, atque huiusmodi  
quædam ad illorum aures occinunt. Quid etiam dubitas? an  
te principem esse oblitus es? an non tibi quod lubeat licet? tu le  
gibus maior, in te legirupæ nomen cadere haud potest, qui i-  
psis etiam dominaris legibus: tui nihil possident quod tuum  
non sit: potes & seruare & perdere: tibi fas est opibus dignita-  
re que augere quem visum sit, fas est ubi libuerit adimere. Alios  
alia vel damnant, vel commendant, tibi nihil non honestissi-  
mum futurum.

¶ De lupo, & cane.

II

L V P U S cani ante lucem in sylva forte fortuna fit ob-  
uiam, salutat, aduentum gratulatur, denique roget quo  
pacto tam sit nitidus. Cui ille: Herilis cura hoc efficit, he-  
rus me blandientem sibi demulcet, de mensa pascor her-  
ili nitidissima, nunquam sub dio dormito, tum vniuers-  
æ familiæ non dici potest quam sim gratus. Ne tu (in-  
quit lupus) multò es felicissimus ô canis, cui tam beni-  
gnus et comis contigit herus, quocum ô vitam cōmorari  
et mihi liceat, nullum me animantiū esset vspiam fortu-  
natus. Canis noui status cupidissimum videns lupum,  
effectum se pollicetur, vt hæreat in parte aliqua apud  
herum, modo de pristina ferocia aliquid remittere, &  
seruitutem seruire velit. Stat sententia: lupo libitum est  
deambulare ad villam. Sermones edunt in itinere pror-  
sus iucundissimos. Postea vero quam illuxit, contritum  
canis collum videns lupus: Quid sibi vult, inquit, ô ca-  
nis tua isthac prorsus depilata ceruix? Solebam, inquit  
ille, feroculus notis pariter & ignotis allatrate, obmor-  
dere que nonnunquam: id agre ferens herus, crebris me-  
tundebat verberibus, prohibens etiam ne quem prater-

fit-

furem lupumque adorirer: ego sic vapulando victus sum, eo mitior factus, hocque genialis sauitia seruani signum. Lupus hoc audito: Ego, inquit, heri tui amicitia tanti non emo. Vale igitur o canis cum tua ista hac seruitute: mihi mea potior est libertas.

Optabilius est in humili casa dominum esse, panem atrum vorare, quam in amplissima regia opiparis mensis frui, & obnoxium trepidumque agere. Nam libertas sublimi exulat aula, ubi accipienda venit, & missitanda iniuria est.

### ¶ De agricola, & canibus. 12

AGRICOLA cum ruri plusculos hyemasset dies, cœpit tandem necessariarum rerum penuria laborare: interficit oves, mox & capellas, postremò boues quoque mactat, ut habeat quo in media pane exhaustum corpusculum sustentet. Id videntes canes, salutem fuga querere constituant: sese enim non victuros diutius, quando ne bobus quidem, quorum in opere rustico faciendo vtebatur opera, pepercit herus.

In quam domum mercedis gratia te tradas, vide. Nonnulli inhumanissimi sunt heri. Multi enim hodie edemētiae prolabuntur, ut vel seruos infortunio malo & dāno libēter mactent.

### ¶ De vulpe, & leone. 13

VULPECULA, que leonis immunitatem insuetam habebat, semel atque iterum id forte animalis contemplata, trepidare & fugitare. Quum iam tertio obtulisset sese obuiam leo, tantum absuit ut metueret quicquam vulpes, ut confidenter illum adierit, salutaueritque.

Omines nos consuetudo audaciores facit, vel apud eos, quos antea aspicere vix ausi fuimus.

### ¶ De vulpe, & aquila. 14

VULPECULAE proles foras excurrerat, ab aquila comprehensa, matris fidem implorat: accurrit illa: ut captiuam prolem dimittat, aquilam rogat: aquila nocta

præ-

*prædam ad pullos subiulat: vulpes correpta face quasi ilius munitiones incendio absumptura esset, insequitur. Quum iam arborem concendiisset & ipsa: Nunc te, inquit, tuosque si potes tuere. Trepidans aquila, incendium metuit: Parce, inquit, mihi, paruisque liberis, tum quicquid habeo reddidero.*

Per aquilam potentis atque audacis animi homines intellige: per vulpem pauperculos, quos calumnijs premere, contumelijsque afficere, diuitibus æquè studium est. Verum, quando est sua & formicis ira, impotentes iij acceptam interdum probè vlciscuntur iniuriam.

¶ De agricola, & ciconia.

G R V I B V S anseribusque sata depascentibus laqueis prætendit rusticus: capiuntur grues, capiuntur anseres, capitur & ciconia. Supplicat illa innocentem se clamatans, & nec gruem nec anserem esse, sed auium omnium optimam, quippe que parenti sedulò semper inseruire, eundemque senio confectu alere consueuerit. Agricola: Horum, inquit, nihil me fugit: verum cū nocentibus postquam te cepimus, cum his quoque morieris.

Qui flagitium committit, & is qui impuris se adiungit solum, pari poena plectuntur.

¶ De gallo, & cato.

V E N I T ad gallum comedendum catus: non satis autem habens ad nocendum cause, gallum criminari occipit; obstreperam esse auem dictans, utpote quæ voce tam acuta noctu dormientes homines exprefciat. Ille se innocentem ait, quum sic excitet in opera mortales. Catus contraria intonat: Nihil agis sceleste: cum matre rem habes, nec sorore abstines. Id gallus quoque expurgare quin niteretur. Nec hoc, inquit perseverantius sauiens catus, quicquam facis, tu mihi hodie discerperis.

Vetus dictum esse ait Gulielmus Gaudanus ut canem car-

E das,

das, facile inueniri baculum. Malus fruditum fuerit, quo iure,  
quaque iniuria te præcipitem dabit.

¶ De opilione, & agricolis. 17

PER editiore pratulo oves pascebant, atque per iocum  
terque quaterque lupum adesse clamitans, agricolas vni-  
disque exciebat: illi sapienter elusi, serio auxiliu imploran-  
ti dum non subueniunt, sunt oves preda lupo.

Si mentiri insucuerit quispiam, huic si quando verum nar-  
rare ceperit, haud facile habebitur fides. Superiori apolo-  
go finitus est ille apud Horat. de Plano scurra iocus:

Nec semel irrisus triujs attollere curat

Fracto crure Planum, licet illi pluriina manet

Lacryma, per sanctum iuratus dicat Osirim,

Credite, non ludo, crudeles tollite claudum.

Quare peregrinum, vicinia rauca reclamat.

¶ De aquila, & coruo. 18

RUPE editissima in agni tergum deuolat aquila. Vi-  
dens id coruus, imitari, velut simius, gestit aquilam, in  
arietis vellus se demittit, demissus impeditur, impedi-  
sus comprehenditur, comprehensus proicitur pueris.

Non aliorum, sed sua se quisque virtute astimet. Tuo te pe-  
de metire, inquit Horatius. Id velis, id tentes, quod possis.

¶ De cane inuido, & bove. 19

PRAES E PIO fani pleno decumbebat canis. Venit  
bos ut comedat. Ille se se surrigens prohibere. Bos: Dij te  
cum tua isthac inuidia perdant, inquit, qui nec fano de-  
sceris, nec me defici sinis.

Eo sunt ingenio plerique ut alijs inuideant, quod ipsi men-  
tis inopia asequi nequeunt.

¶ De cornice, & ove. 20

STREPITAT in ouiculae dorso cornicula. Ovis: Cani  
inquit, si sic obstreperes, ferres infortunium. At cornix:  
Scio, inquit, quib. insulte, placidis molesta, seu amica.

Impotenti & syncero perpetua est eum malis parata certa-  
tio. Illiditur solo innocentissimus quisque; nocentis praefero-

tis hominis aures adstrepit nemo.

¶ De pauone, & luscinia. 21

**P A V O** apud summi Iouis sororem & coniugem Iunonem, queritur lusciniam suave cantillare, se ob raucam rauim ab omnibus irrideri. Cui Iuno: Dos sua à dys cuique. Luscinia cantu, tu plurimis lögè superas: vnuquemque sua sorte detet esse contentum.

Quæ diui largiuntur, grato sumainus ahimo, neque majora quæsierimus. Superi temere agunt nihil.

¶ De mustela, & muriibus. 22

**M U S T E L A** præsenio viribus carens, mures iam ita, ut solet, insequi non valebat, meditari cœpit dolum, in farinule se colliculum illatebrat, sic speras fore, ut citra laborem venetur. Accurrunt mures, & farinam esitare dum cupiunt, ad unum omnes à mustela vorantur.

Vbi viribus quispiam destitutus fuerit, ingenio opus est. Lyander Lacedæmonius subinde dicere solebat, quod hoc perueniret leonina pellis, vulpinam assuēdam esse: quod sic lucidius dixeris: Vbi virtus non satis potest, adhibēda est astutia.

¶ Apologüs ex Mantuano traductus. 23

**R U S T I C U S** quidam ex malo, quam in proximo habebat agello, sapidissima quotannis legebat poma, herculea donabat Urbano, qui ille etius incredibili pomorum dulcedine, malum tandem ad se transluxit: ea veterima repente exaruit, atque ibi poma pariter & malus periēre. Quod cum patrifamilias nunciaretur: Hoc difficile est, inquit, annosam transplantare arborem. Satis superque fuerat, si frenos mœnissim imponere cupiditati, fructus ramo decerpere. Hanc fabulam sic Mantuanus:

Rusticus ex malo dulcissima poma legebat,  
Vnde dare Urbano dona solebat herc.

Ast herus illectus frugum dulcedine, malum  
Transtulit in laribus proxima rura suis.

At quia manus erat senior, translata repente  
Aruit, & proles cum genitrice obiit.

Heu male transfertur senio quam induruit arbor,  
Inquit herus, fuerat carpere poma satis.

Morale eiusdem.

Qui nimium sapiunt, atque inconcessa sequuntur.

Despiunt: cohabet qui sua vota sapit.

FABVLÆ M. PETRO SCOTO,  
VIRO ORNATISSIMO, EIDEM QVE HV-  
MANISSIMO, SCRIPTAR A  
BARLANDO.

### ¶ De leone, & rana.

**A**V DIRE vocem visus leo profiliit: subsistit non  
sine trepidatione, magni quipiam expectans: e-  
greditur tandem aquus ranula. Leo deposito metu appro-  
pians, bestiolam proculat pedibus.

Vetat hic apodus inanes timores, ut illa à Gulielmo Gau-  
dano versa fabula de partu montium.

### ¶ De formica.

SITIENS venit ad fontem ut biberet formica, inci-  
dit forte in puteū: opitulatur eminus, ex arbore deiecto  
ramo, columba. Ramum concendens formica seruatur.  
Adest, columbam ut capiat, auceps: non finit formica,  
aucupis pedem arripit mordicus, auolat columba.

Docet fabula, præclarè meritis referendani esse gratiam.

### ¶ De pauone, & pica.

GENS avium quum libere vagaretur, optabat sibi da-  
ri regem. Pauo se in primis dignum qui eligeretur pu-  
tabat, quia esset formosissimus. Hoc in regem accepto, pi-  
ca: O rex, inquit: si te imperante aquila nos perstrenue,

vt so-

*Vt solet, insequi cœperit, quo illam modo abiges? quo nos  
pacato seruabis?*

In principe non tam forma, quam corporis fortitudo spe-  
ctanda est, & prudentia.

¶ De ægroto, & medico.

27

M E D I C U S curabat agrotum, ille tandem moritur.  
Tum ad cognatos medicus: *Hic, inquit, intemperantia  
perijt.*

Bibacitatē & libidinē nisi quis maturè reliquerit, aut nūquā  
pueniet ad senectutem, aut perbreuē est habiturus senectutē.

¶ De leone, & alijs.

28

L E O, asinus, vulpes cunt venatum: capitur ampla ve-  
natio: capta partiri iussa. Asino singulas singulis par-  
teis ponente, irrugit leo: asinum rapit, ac laniat. Postea  
vulpecule id dat negotij: quæ astutior, cum leoni longè  
optima proposita parte, sibi vix minimam particulam re-  
seruasset, rogat leo à quo sic docta sit: cui illa: *Huius me,*  
*inquit, calamitas docuit, mortuum asinum ostendens.*

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

¶ De hædo, & lupo.

29

F E N E S T R A prospetans hædus, prætereuntem lupū  
conuictijs incessere audebat: cui lupus: *Non tu, ait, scele-  
ste mihi conuiciaris, sed locus.*

Et tempus & locus sëpe audaciam addunt homini.

¶ De asino.

30

A S I N V S de hortulani seuitia querens, Ioui supplica-  
bat alium dari herum. Exaudire Iupiter vota asini, dat  
tegularium. Apud quem cum tegulas, grauioraj, tergo  
veclaret onera, accessit rursus Iouem, orat dari qui mi-  
tior sit. Ridere Iupiter: ille tamen nō destitit instare, or-  
rare usque adeo donec perpelleret. Dat ille coriarium:  
quem ubi pernouit asellus: Me miserum, inquit, qui du-

nullo sum cōtentus domino, in eum inciderim, qui ne co  
rio quidem meo, quantum auguror, parcer.

Semper daminamus quē praeſentia ſunt: & noua appetimus,  
quæ (ut dici ſolet) veteribus non ſunt potiora.

¶ De anu, & ancillis.

A N V S quādam domi habebat ancillas coplureis, quas  
quotidie ante quām lucesceret, ad galli gallinacei, quem  
domi alebat, cantum excitabat ad opus. Ancillæ quoti-  
diani tāde negotij cōmota tādio, gallū obtrūcant, ſperan-  
tes iam necato illo in medios ſeſe dies dormituras: ſed  
hac ſpes miferas fruſtrata eſt: hera enim ut interemptū  
gallū reſciuit, intempeſta deinceps nocte ſurgere iubet.

Non pauci grauius malum dum ſtudent euitare, in alterum  
diuersum incident. Peruulgatum eſt: Incidit in Scyllam, qui  
vult vitare Chārybdim.

¶ De asino, & equo.

A S I N V S beatū putabat equū, quōd pinguis eſſet, &  
in otio degeret: ſe vero infelicem dicebat, quōd macilen-  
tus eſſet, ac ſtrigosus, quotidie ferendis oneribus ab im-  
miti hero exerceceretur. Haud multò pōſt ad arma conclau-  
matum eſt. Tum equus non equitem dorſo, non frenū re-  
pulitore, nec telum corpore: hoc viſo, asinus magnas diſ-  
gratiās agebat, quōd non equum ſe, ſed asinum feciſſent.

Miferi ſunt quos vulgus beatos iudicat, & non pauci beati,  
qui ſe miferrimos putant. Sutor crepidarius regem dicit felici-  
mem, que in omnium rerum compotem videt, non conſiderans  
in quātas rex ſolicitudines distrahat, dum interim ipſe opti-  
ma cum paupertate cantillet.

¶ De leone, & capra.

E D I T A rupe ambulantem capram forte conspicatus  
leo, monet ut potius in viride pratum deſcendat. Capra:  
Facerem fortassis, inquit, ſi tu abeſſes, qui mihi non i-  
ſtud ſuades, ut ego inde ullam capiam voluptatem, ſed

ut

*Ut tu habeas quod vores famelicus.*

Omnibus ne habeas fidem: quidam enim non tibi, sed sibi consulunt.

¶ De vulture, alijsque auibus. 34

A N N V V M se natalem celebrare ad simulat vultur, a- uiculas ad cœnam inuitat, veniunt plerique omnes, ve- nientes magno plausu, fauoribusque accipit, acceptas la- niat vultur.

Non sunt amici omnes, qui blandè dicunt, aut benignè se fa- cere velle simulant: latent sub hoc melle venena.

¶ De anseribus. 35

A N S E R E S vna cum gruibus agrum vastabant: qui- bus auditis, rustici protinus in illos feruntur. Rusticos conspicatae auolant grues, capiuntur anseres, qui impe- diti corporis onere subuolare non poterant.

Expugnata ab hostibus vrbe, facile se subducit inops, at di- ues seruit captus. In bello diuitiae magis oneri sunt quā vsui.

¶ De Ioue, & simia. 36

I U P I T E R scire percipiens, quisnam mortalium sci- tissimos ederet liberos, conuocari iubet quicquid uspiam est animantium. Concurritur ad Iouem vndique: ade- rat iam alitum, pecudumque genus: inter quos & si- mia, deformes catulos brachio gestans, cum aduenisset, à risu nemo temperare potuit, quinetiam Iupiter ipse pro- fuse admodum risit. Ibi continuò simia ipsa: Imò, in- quit, nouit et Iupiter iudex noster catulos meos magnopere omnes quotquot adsunt, præcellere.

Suū cuique pulchrū, ut est adagium. Et alibi apud Theocrit. In Idyl. Que minimè sunt pulchra, ea pulchra videtur amāti.

ANIANI FABVLÆ IIII. ADRIA-  
NO BARLANDO INTERPRETE.

## ¶ De quercu, &amp; arundine.

**F**ACTVS olim atque adeo insolentia plena quercus, arundinem aggressa est: si nunc, inquiens, pectus animosum tibi, procede agendum ad pugnam, ut nos terduarum euentus ostendat, utrā viribus præstet: arundo quercus cantum, exultationem, fortitudinisque iactationem vanam nihil mirata, sic respondit: Certamen nunc abnuo, nec mea fortis me piget: Nam etsi in omnē partem mobilis, tempestates tamen peruinco sonoras: tu, se semel vasto rex Aeolus antro luctantes emiserit ventos, concides, & mihi tum rideberis.

Declarat hæc fabella, non eos semper fortissimos esse, qui nulla etiam lacescunt iniuria, alijs insultant.

## De piscatore, &amp; pisciculo.

**P**ISCATOR iacto in aquam hamo cibis illito, pisciculum eduxit: orat obsecratque captiuus, se minutulum uti abire sinat, et adolescere, ut postea maiore potiatur. Piscator: Ego, inquit, spem pretio non emo, quippe qui eo fuerim ingenio semper, ut quicquid possem, mallem auferre potius in præsentia.

Hæc nos monet fabella, ne certa vñquam incertorū spe vngibus amittamus. Quid enim stultius (ut est apud Ciceronem) quād incerta pro certis habere?

## ¶ De formica, &amp; cicada.

**A**PPE T E N T E hyeme frumentum in areolam ad solem trahebat formica: Videt id cicada, accurrit, rogitat granum: formica, Cur non, inquit, & tu meo exemplo aestate trahis quodcumque potes, atque addis aceruo? Respondet illa, sibi id temporis cantando transfigi. Ridens formica: Si ait aestate canitare soles, nunc esuris.

Monemur hac fabula, dum adhuc robur corporis adest, querere ea, quibus imbecilla sustentetur senectus. Per hyemem senectutē intellige. Per aestate adolescentiam, & florē illū aetatis.

## ¶ De leone, &amp; taurō.

LEONEM fugitabat taurus, in hircum incidit: is cornu et caperata minitabatur fronte: ad quem plenus ira taurus: Non tua, inquit, in rugas contracta frons me territ, sed immanem metuo leonem, qui nisi tergo haret meo, iam scires non ita paruam rem esse pugnare cum taurō, & nostro sequi de vulnere sanguinem.

Calamitosis nō est addenda calamitas. Sat miser est, qui scemel est miser.

ANIANI FABVLÆ TRIGINTA  
OCTO, GULIELMO HERMANNO DIVI  
AVGVSTINI ORDINIS CANONICO  
INTERPRETE.

## ¶ De nutrice, &amp; lupo.

I.

NUTRIX minatur puerum plorantem, nisi taceat, dari lupo. Lopus id forte audit, spe cibi manet ad fores. Puer tandem silescit obrepente somno. Regreditur lupus in syluam ieunus & inanis: lupa ubi sit præda, sciscitur. Gemebundus ille: Verba inquit mihi data sunt: puerum plorantem se abijcere minabatur nutrix, at fefellit.

Fœminæ non est habenda fides.

## ¶ De testudine, &amp; aquila.

2

CEPERAT testudinem tedium reptandi. Si quis eā in cælum tolleret, pollicetur baccas maris rubri. Su-stollit eam aquila, poscit primum. Non habentem, fodit vnguis. Ita testudo, quæ concupiit videre astra, in astris vitam reliquit.

Tua sorte sis contentus. Fuere nonnulli qui si mansisset humiles, poterant esse tuti: facti sublimes, inciderunt in pericula.

## ¶ De cancris, matre, &amp; filio.

3

CANCERV M retrogradū monet mater antrosum ut eat:

**cat: filius respondet: Mater, inquit, i præ, sequar.**

Nullum reprehenderis vitij, cuius ipse queas reprehendi.

**¶ De Sole, & Aquilone.**

4

**S O L, &** ventus aquilo certant, uter sit fortior. Conuentum est experiri vires in viatorem, ut palmam ferat, qui excusserit manticam. Boreas horrifono nimbo viatorem aggreditur: at ille non desistit, amictum gradiendo duplicans. Ad sunt vices solis, qui nimbo paulatim euicto, emolitur radios: incipit viator astuare, sudare, anhelare. Tandem progredi nequies captat frigus opacum, atque sub frondoso nemore abiecta mantica, rededit: ita soli contigit Victoria.

Quicum certes, etiam atque etiam vide. Nam & si tu fortis es, est forsitan alius te fortior. Aut si non fortior, certe callidior ut consilio suo tuum vincat robur.

**¶ De asino.**

5

**A S I N U S** venit in syluum, offendit exuicias leonis: quibus induitus reddit in pascua, greges armentaque territat, & fugat. Venit qui perdidera, querit suum asinum. Asinus viso hero occurrit, imò cum rugitu suo incurrit. At herus prehensis quæ extabant auriculis: Alios licet, inquit, fallas, ego te aselle mi probè noui.

Quod non es, nec te esse similes. Non doctum cum sis indoctus, non diuitem, non nobilem, cum sis pauper & ignobilis, te iactes. Vero enim comperto rideberis.

**¶ De rana, & vulpe.**

5

**R A N A** egressa paludem, in syluis apud feras medicinā profitetur. Ait se nec Hippocrati, nec Galeno cedere. Ceteris habentibus fidem illusit vulpes. An hac, inquit, medicina habebitur perita, cui sic pallet os? Quin curat seipsam? sic illusit vulpes. Est enim ranæ os carunculo colore.

Sultitiae est profiteri quod nescias, & ridiculum.

De

## ¶ De cane mordaci.

CANIS subinde homines mordenti, ut sibi quisque caueret, alligauit dominus nolam. Canis ratus virtuti sue tributum decus, suos populares despicit. Accedit ad huc canum aliquis iam etate, atque autoritate grauis, mones eum ne erret: Nam ista, inquit, nola data est tibi indecus, non in decus.

Gloriosus interdum sibi ducit laudi, quod ipsi est vituperio.

## ¶ De camelo.

CAMELVS sui paenitens, querebatur tauros insignes ire gemini cornibus, se inermem obiectum ceteris animalibus. Orat Iovem donari sibi cornua. Ridet Jupiter stultitiam camelii, nec modò votum negat, verum & a ricalas bestia decurtat.

Sit quisque fortuna contentus sua. Etenim multi fortunam sequunt meliorem, incurvare peiorum.

## ¶ De duobus amicis, &amp; vrsso.

DVO amici faciunt iter. Occurrit in itinere Vrsus. Vnus arbore consensa, pericula evitat: alter quum spes fugæ non esset, collidit se humi. Accedit belua, contrectat iacentem, os explorat & aures. Homine spiritum continente ac motum, Vrsus qui mortuis parcit, ratus cadauer esse, innocuus discedit. Percundanti postea socio, quidnam bestia dixisset iacenti in aurem: hoc monuisse ait, ne unquam cum illiusmodi amicis iter faceret.

Rara quis in terris, nigroque simillima cycno, fides est. Verum amicum res aduersæ & pericula monstrant.

## ¶ De equite caluo.

EQUES caluus illigarat pileo comam factitiam. Venit in campum, acri spirante Borea: ac dum male obseruat capillatum galerum, subito apparet caluities. Tollit cacchinnum corona, nec non & ipse ridet. Quid noui est, inquit,

inquit, auolare capillos alienos, quum olim defluxerint,  
qui fuerant mei.

Bellè fecit eques, qui non est indignatus, sed cum ridentibus  
risit. Socrates vero cùm accepisset in foro alapam, hoc modo  
respondit, Molestū esse nescire homines, quando debeat pro-  
dire cùm galea.

### ¶ De duabus ollis.

D U A olla stetere in ripa: altera erat lutea, altera æ-  
rea: utrāque tulit vis flumij. Lutea collisionem metuen-  
ti respondet ærea, ne quid timeat, sese enim ne collidatur  
satis curaturā. Tum altera: Seu me, inquit, tecū, seū te  
mecū flumen colliserit, cum meo utrumque fiet periculo.  
Quare certum est à te separari.

Satius est viuerē cum socio pari, quam cum potentiori. A po-  
tentiori enim potest esse periculum tibi, non illi à te.

### ¶ De rustico, & fortuna.

R U S T I C U S quum araret offendebat in sulcis thesa-  
rum. Gratias agit Telluri, que hunc dedisset. Fortuna  
videns nihil honoris haberi sibi, ita est secum loquuta:  
Thesauro reperto stolidus mihi non est gratus: at eo ipso  
thesauro postea amissō, me primam omnium vatis  
clamore solicitabit.

Beneficio accepto grati simus bene de nobis merenti. Ingra-  
titudo enim digna est etiam beneficio, quod iam acceperit,  
priuari.

### ¶ De tauro, & capro.

F U G I T leonem taurus, venit ad speluncam, querens  
latibulum: intranti occursat cornibus, qui intus erat ca-  
per. Tum his verbis bos emugit: Tu quidem cornibus  
tuis meam excipis fugam: Verum si abierit quem fugio,  
quantum à viribus tauri distet caper, tum senties.

Qui nescit misérīs esse succurrendum, aut certè non nocen-  
dum, caper est. Quisquis enim à miserorum iniuria non tem-  
perauerit, si (ut est fortuna mutabilis) miseris redierit felicitas,

nimi-

nimirum nocuisse miseriis eum pœnitabit.

¶ De simia, & eius prole. 14

O M N E I S animantes suo conspectui Jupiter adesse iusserat, cuiusnam soboles esset pulcherrima indicaturus. Properant ferae, aduolant aues, necnon ad id certamen adnatant pisces. Omnia postrema festinat simia, trahens secum suam prolem. Cuius quidem prolis fœdatis natus cœctis ridentibus, sic infit: Maneat, cui fauerit Iupiter, Victoria. Meo tamen iudicio, hic meus natus est bellus, & omnium natis iure preferendus. Hoc dicto subrisit & Iupiter.

Et nos & nostra nobis placent. Sed de nobis & de nostris factis aliorū sit iudicium: ne si ipsi iudicemus, cū simia rideamur

¶ De pauone, & grue. 15

P A V O & grus una cœnant. Pavo se iactat, caudam ostentat, gruem contemnit. Grus fateatur pauonem formosiss esse pennis: se tamen dum vix teclis superiuolat pavo, animoso volatu penetrare nubes.

Nemo alterum contempscerit. Sua cuique dos, sua cuique est virtus. Qui tua Virtute caret, forsitan habet qua carcas tu.

¶ De quercu, & arundine. 16

V A L I D I O R E Noto effraeta querens, in flumē præcipitat. Dumque fluitat, hæret forte ramis suis in arundine, miratur arundinem in tanto turbine stare incolument. Hac respondet, cedendo, & declinando se esse tutam, inclinare ad Notum, ad Boream, ad omnem flatum. Nec mirum esse quod querens exciderit, quæ non cedere, sed resistere concipiuit.

Potentiori ne resistas, sed hunc cedendo & ferendo vincas. Quod pulchrè docet facundissimus poëtarum Vergilius:

Nate Dea, quod fata trahunt retrahuntque sequamur.

Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

¶ De tigride, & vulpe. 17

Ve-

VENATOR iaculis agitabat feras. Tigris iubet omnes feras absistere, se se vnam ait bellum conjecturam. Pergit venator iaculari. Tigris oppido sauciatur. Fugientē ē prālio, telumque extrahentem, percunctatur vulpes quisnam valentem belua tam validē vulnerasset. Respondit se autorē vulneris haud nosse, verū ex vulneris magnitudine capere se coniecluram, aliquē fuisse virū. Fortes plerunque sunt temerarij, & ars vini, ingenium fortitudinem superat.

## ¶ De tauris, &amp; leone.

18

QVATVOR fuere tauri, quibus placuit communem ipsorum esse salutem, & commune periculum. Videt leo simul pascentes: et si esurit, tamen coniunctos aggredi metuit. Primum dat operam verbis fallacibus segregare, tum segregatos laniat.

Concordia nihil est firmius, discordia etiam fortes reddit imbecilles.

## ¶ De abiete, &amp; dumo.

19

FERTVR olim abies despicere dumos, iactitat se proceram esse, locari in aedibus, cum velostare in naubus, dumos autem humiles, viles, nulli usui idoneos. Quorū quidem tale fuit responsum: Tu sanè abies tuus gloriare bonis, ut nostris insultes malis. Verū nec tua refers mala, & nostra prateris bona. Cum tu sonanti detruncare securi, quam velles tum nobis, qui securi sumus, esse te similem?

Et summæ fortunæ sua insunt mala, & humili fortunæ sua bona. Vt nil aliud nūc dicā, hæc secura est ac tuta: illa nec extra metum est, nec caret periculo. Horatius canit in lyricis: Celsæ grauiore casu Decidunt turres, feriuntque summos Fulgura montes.

## ¶ De pescatore, &amp; pisciculo.

20

SUBDUCTVS hamo pisciculus, orat pescatorem se di-

dimitti. Ait modò se à matre fusum, atque mensam, cù adhuc minutus sit, non multum iuuare. Si dimittat, postea grandem vtrò ad hamum eius redditurum. Piscator negat se dimittere prædā certā, licet exigua: Quid habeam, inquit, scio: quid sim habiturus, nescio. Ego spem pretio non emo.

Certum præstat incerto, presens futuro, et si non nunquam exile commodum anūsum attulit magnum.

**¶ De alite, & pullis eius.**

ALES positos in segete pullos monet, vt dum ipsa abest, diligenter attendant, si fiat sermo de occatione. Redeunti è pasto matri pulli anxij narrant dominum agri operam illam mandasse vicinis. Respondet nihil esse periculi. Idem alio die trepidi, aiunt rogatos ad metendū esse amicos: iterum iubet illa vt sint securi. Tertio vt audiuit ipsum dominum cum filio statuisse postero mane cù falce messem intrare: Iam, inquit, tempus est vt fugiamus. Vicinos & amicos non timui, quia non venturos scini. Timeo dominum, illi enim res est cordi.

Secordes alienis in rebus plerique sumus: Quod si quid redeturatum velis, alteri ne mandes, sed cure ipse.

**¶ De auaro, & inuidō.**

DVO homines orabant iouem, cupidus & inuidus. Mittitur à loue Apollo, per hunc vt eorum votis satisfrat. Dat hic utrique optandi facultatem ac conditionēz: Ut quodcunq; petisset alter, id ipsum alter acciperet duplicatum. Heret diu cupidus, cùm nihil putat fore satis. Petit tandem non pauca. Et duplum accipit socius: Porro inuidus hoc petit, vt ipse uno priuetur oculorum, latius socium multandum esse vtroque.

Avaritiam quid possit satiare? Inuidia vero dementius est nihil. Que cùmodo noceat alteri, sibi met imprecatur malum.

**De**

## ¶ De leone, &amp; capella.

23

VIDIT leo pendere dumosa de rupe capellam. Suadet descendere, ut in campo thymum salicesque carpat. Recusat capella descendere, verba quidem eius haud sanè mala, sed mentem esse plenam doli reclamans. Cogita quis quid suadeat, multi suadet utilia, nō tibi, sed sibi.

## ¶ De cornice, &amp; vrna.

24

SITIBVND A cornix reperit vrnam aquæ. Sederat vrna profundior, quam ut posset à cornice aqua contingi. Conatur effundere vrnam, nec valet. Tum lectos ex arena scripulos iniecat. Hoc modo aqua levatur, & cornix babit.

Interdum id, quod non potes efficere, efficies prudentia & consilio.

## ¶ De leone, &amp; venatore.

25

LITIGAT leocum venatore, suam præfert fortitudinem hominis fortitudini: post longa iurgia, venator dicit leonem ad Mausoleum, in quo sculptus erat leo, caput deponens in gremium viri. Negat fera id satis esse iudicij: homines enim sculpere quod vellent, ait: quod si & leones forent artifices, iam virum sculptum iri sub pedibus leonis.

Quisque quoad potest, & dicit, & facit quod sua parti, & causæ putet prodesse.

## ¶ De puer, &amp; fure.

26

SEDEBAT puer flens ad puteum. Fur rogat causam flendi. Puer dicit, rupto fune incidisse in aquas vrnam auri. Homo exuit se, insilit in puteum, querit. Vase nō inuenito, concendit, atque ibi nec puerum, nec suam inuenit tunicam. Puer quippe sublata tunica fugerat. Falluntur interdum qui fallere solent.

## ¶ De rustico &amp; iuuenco.

27

Erat

ERAT rustico iuuenitus, vinculi omnis, iugique impatiens. Homo astutulus, bestia resecat cornua. Cornibus enim petebat. Tum iungit non currui, sed aratro: ne, ut solet, herum pulsaret calcibus. Stuam ipse tenet, gaudes industria effecisse, ut iam foret tutus, & à cornibus & ab ungulis. Sed quid euenit? Taurus subinde resistens spargendo pedibus, os, caputque rustici opplet arena.

Sunt nonnulli sic intractabiles, ut nulla queant arte, nullo consilio tractari.

¶ De satyro, & viatore.

SATYRVS, qui Deus nemoru olim est habitus, viatorem niue obrutum, atque algore enectum miseratus, ducit in antrum suum, fouet igni. Spiratem autem in manus percunctatur causam. Qui respondens: Ut calefiant, inquit. Postea cum accumberent, sufflat viator in polenta. Quod cur faceret, interrogatus: Ut frigescat, inquit. Tum continuo Satyrus viatorem ejciens: Nolo, inquit, in meo sit antro, cui tam diuersum est os.

Cae sic in tuo coniuictu homo duplice ore, quique in sermone est Proteus.

¶ De aproto, & rustico.

APRO vastati segetes, rusticus præcidit auriculæ. Iterum deprehenso, præcidit altera. Et tunc quoque redeūtem capit, captum portat in urbem destinatum lauitie sui patroni. Sed etiam in coniuicio belua, nusquam appareat cor. Excandescente hero, & flagitante cocos, villicus respondet: Patrone, inquit, non est mirum non apparere cor: nam credo stultum aprum nunquam cor habuisse. Nam si cor habuisset, nunquam in penam suam ad meas segetes toties redisset. Sic rusticus. At omnes coniuictu e-mori risio, cachinnari de stultitia rustici.

F Multo-

Multorum hominum tam est excors vita, ut an cor habeant possis ambigere.

¶ De tauro, & mure. 30

Mus tauri pedem momorderat fugiens in antrū suū. Taurus vibrat cornua, querit hostem, nusquam videt: irridet eum mus: Quia, inquit, robustus es ac vastus, non idcirco quemuis contempseris. Nunc te, & quidem gratis lexit exiguus mus.

Tritum est illud verbum, quod significantius nostra lingua dixerim: Nyemand sal verachten sijnen viandt. Latinè sic: Nemo suum hostem flocci pendat.

¶ De rustico, & Hercule. 31

RUSTICI currus hæret in profundo luto. Mox supimus Deum Herculem implorat. Intonat vox ē caelo: Inepte, inquit, flagella equos, & ipse annitere rotis, atque tū Herculem vocato, tū enim aderit Hercules vocatus.

Nihil protunt otiosa vota, quæ sanè Deus non audit. Iuua temet, inquiunt, ipse tum iuuabit te Deus.

¶ De ansere. 32

FUIT anser qui ponebat oua aurea singulis diebus singula: dominus ut subito siat diues, anserem iugulat, sperans intus latere gazam. Sed ansere inuento vacuo, stupet miser, anxieque dehinc suspirat; ac plangit, & rem, & spem perisse.

Moderanda sunt vota. Curandum est ne vel præproperi simus, vel nimij. Nam & festinantia nocet, & qui plura quam decet querit, interdum acquirit nihil.

¶ De cicada, & formica. 33

CVM per æstatis cicada cantat, formica sua exerceat messem, trahit in antrū grana, reponens in hyemē. Sæuiente bruma, famelica cicada venit ad formicā, mēdicat vīctū. Renuit formica, dilectas, sese dū illa catabat laborasse. Qui segnis est in iuuenta, egebit insenecta: & qui non partit olim mendicabit,

De

## ¶ De simia, &amp; duobus eius natis: 34

SIMIA, ut ferunt, cum peperit gemellos, alterum diligit, alterum negligit. Erat puerpera cum gemellis. Atque cum incidisset terror, vitatura periculum, dilectum prehendit vlnis, quem dum præceps fugitat, collidit petrae, atque enecat: negle<sup>ctus</sup> autem, qui in hirsuto haerat tergo fugientis, mansit incolumis.

Solet euenire, ut ipsi parentes filio, quem temere amant, prænimia indulgentia sint mali occasio & periculo, eo, quem minus amarunt, præstante se strenuum ac probum.

## ¶ De bove, &amp; iuuenco: 35

BOS iam grandis aeo quotidie trahebat aratum. Iuuenca laboris expers, vicinis exultat in pascuis, ac tandem insultat fortunæ senioris. Iactat se iugi ac vinculi inscium, se liberum, se otiosum, illi attritum esse labore collum. Denique se glabrum ac nitidum, illum esse hirsutum ac squalidum. Senior tum quidem nihil contrariat. Sed breui post tempore videt hunc insultorem duci ad aras, ac tum hisce verbis affatur: Quò tua mollis vita peruenit? securum istud otium redit ad securim. Iam saltem (ut opinor) potius suades mihi laborem, qui me tuetur, quam ocium, quod nunc te traxit ad necem.

Ad vitâ rectè gerendâ opus est labore & vigilantia. Sécors autem & voluptati deditus, suarū rerū, quem nolet, sortietur exitū.

## ¶ De cane, &amp; leone: 36

OCCVRIT canis leoni, iocatur: Quid tu miser exhaustus inedia percurris sylvas & deuin? Me specta pingue ac nitidum: atque hac non labore consequor, sed otio. Tum leo: Habes tu quidem tuas epulas, sed habes stolidè etiam vincula. Tu seruus es tu, qui seruire potes: quidem sum liber, nec seruire volo.

Pulchre respondit leo. Quibuslibet enim rebus potior est libertas.

¶ De piscibus.

37

**P**ISCIS fluvialis vi fluminis correptus est in mare. Vbi suam efferens nobilitatem, omne marinum genus vili pendebat. Non tulit hoc phoca, sed ait tum fore iudicium nobilitatis, si cum phoca captus portetur ad forum. Se emptum iri à nobilibus, illum autem à plebe.

Multi sic capti sunt libidine gloriae, ut sese ipsi prædicent & iacent: sed laus sui oris non datur homini laudi, ac excipitur cum auditorum risu.

¶ De pardo, & vulpecula.

38

**P**ARDVS, cui pictū est etiā tergū, cæteris feris, etiam leonibus despectus, intumescebat. Accedit ad hunc vulpecula, suadet non superbire, dicens, illi quidem speciosam esse pellem, sibi vero speciosam esse mentem.

Discrimen est bonorum & ordo. Bona corporis præstat bonus fortuna. Vt risque illis animi bona præferantur oportet.

**ÆSOPI FABVLATORIS CLARISSIMI APOLOGI, E GRÆCO LATINI  
PER RIMICIVM FACTI.**

## ARGUMENTVM.

**A**ESOPVS fabulator clarissimus, natione quidem Phryx, fortuna vero seruus fuit, colore niger, ac facie supra modum deformis. Is quia beneficus semper in hospites fuit, Dea hospitalis in somnis sibi assistens, largita est loquelā (nam ab initio blatero fuit) sapientiāq;, ac variarum fabularum inuentionem: qua porro fabulæ non parum conducunt mortalium vita. Nam animalia bruta singit agere ea, quæ hominum sunt actiones: quas ita ante oculos ponit, quod audientium animos incitet ad virtutem: nec ulli sunt hominum mores, quos in bruis tis

tis singendo ipse non aperiat. Has igitur fabulas, si quis ritè gustauerit, quam viam sequi, quamque vitare debeat, in priuatis publicisque negotijs facilem compieret. Nam in primis fabulam narrat: tum quid fabula significet, compendiosius exponit. Atque ordinem alphabeti in Graeco sequutus, qui in Latino sermone seruari non potest, hinc sumit initium.

¶ De Aquila, & vulpe.

**A**QVILA & vulpes conflata inter se amicitia, in proximo habitare constituant, firmorem amicitia ex frequenti conuersatione fore putantes. Igitur aquila nidum alta super arbore instituit. Vulpes vero arborem propter, inter dumeta catulos collocat. Una igitur dierū quum vulpes latibulum egressa pastum catulis quaret, aquila & ipsa cibi indiga, in latibulum deuolans, vulpis catulos arripiuit, ac pullis suis comedunt præbuit. Vulpes reueniens, cognita filiorum morte atroci, valde tristata est. Et cum aquilam vlcisci non posset, quia quadrupes existens volucrem persequi nequibat, quod unū miseris ac impotentibus datur, aquilam execratur, ac mala sibi imprecatur: tantum in odium, cum violatur, vertitur amicitia. Contigit igitur illis diebus ruri capras immolari, cuius frustum una cum carbonibus accensis aquila arripiens sustulit ad nidum. Sed vento vehementius spirante, nidus qui ex feno ac materia exili aridaque confectus erat, incenditur. Aquile pulli flam mam sentientes, cum volare adhuc nequirent, humili decidunt. Vulpes confessim illos arripiens, in aquilæ conspectum deuorat.

Fabula significat, quod qui amicitiam violent, quāuis quos deserint, ultionem declinent, Dei suppliciū nō tamē effugient.

## ¶ De aquila, &amp; coruo. 2

A Q Y I L A celsa ex rupe deuolans, agnum ex ouiu grege arripiuit. Quam rem coruus conspicatus, emulatione motus, vchementi cum strepitu ac stridore deuolat in arietem, atque vngues in arietis vellus ita implicat, quod inde etiam motu alarum se explicare non possit. Hunc pastor cum ita implicitum videt, accurrens coruū comprehendit: atque alarum pennis incisis, pueris suis pro ludibrio dedit. Verum enim cum quispiam coruum rogaret, quenam volucris esset, corsius ait: Prisus equidem quoad animum, apuila fui, nunc vero me coruum esse certò cognosco.

Fabula significat, quod qui supra vires quippiam audet, hoc solum efficit, quod in aduersa sepius incidit, ac se vulgo ridiculum exhibet.

## ¶ De Aquila, &amp; scabrone. 3

A Q Y I L A leporem persequebatur. At lepus auxiliis inops quem tempus obtulit scabronem. Videns, ab eo auxilium implorauit. Cui scabro pollicitus est tutelam ac custodiā suā. Deinde quim aquilam propinquatēm scabro conspicatur, eam precatur, ne suū sibi eripiat serum. At aquila scabronis paruitatem contemnens eo coram leporem exedit. Verum scabro sue iniuria memor, ubi aquila uidiscaret obseruat. Ecce aquila oua parit. scabro alis elatis, ad aquile nidum volat, atque oua devoluens, humi deiecit. Aquila iacturæ ouorum mœrore concita, euolat ad locum (est enim ales Deo illi sacrata) ac locum ad pariendum sibi tutum dari precatur. Iupiter sibi concedit, ut cum tempus adest, eius in sinu pariat oua. Hoc scabro prouidens, globum è stercore conficit; atque sursum euolans, in Iouis sinum demisit. Iupiter,

ter volens ē sinu globum excutere, osa aquila simul excusit. Extunc aiunt aquilam nunquam parere, quo tempore scabrones existunt.

Fabula significat, quod nullus porrō est contemnendus: quoniam nemo est qui iniuriam accipiat, quin quum tempus datur, se vlcisci non querat.

### ¶ De philomela, & accipitre.

P H I L O M E L A quum alta quercu sederet, more suo, sola canebat. Eam accipiter cibum queritans, quum intrueretur, repente devolat, illamque rapit. At philomela cùm se interitum ire videt, accipitrem precatur ut se missam faciat, quoniam ad explendum eius ventrem ipsa satis minima sit: sed pro saturitate sua ad maiores aves ut se vertat opus profectò fore. Eam accipiter toruè conspiciens ait: Stultus equidem nimium essem, si quem manibus tencos cibū, illū dimitto amplioris spe pastus.

Fabula significat, quod qui omittunt id quod manu tenent rerū maiorum spe, consilio inopes ac ratione nimium sunt.

### ¶ De vulpe, & trago.

V U L P E S & tragus sitientes in quendam puteū descendederunt. Verū enim post potum quū egressum conspiceret hircus, vulpes ei comiter ait: Bono sis animo: nā quid saluti nostrae opus sit, probè animaduerti. Si enim rectus stabis, ac pedibus anterioribus cornibusue muro adhærebis, tuas ego scapulas cornuq; descendens, quū egressa puteum fuero, te manus comprehendens hinc despicerem. Huic caper prōptè deseruit. Vulpes suo exultans egressu circa os putei capro illudebat. At dum caper illā incusat, sibi pacta hand seruasse, ei facetè vulpecula inquit: Si ea caper sapientia præditus essem, quo pectorū ornatū isthac tua barba refert. et est, non prius in pectū descendisses, quam egressus pensiculatè vidisses.

Fabula significat, quod homines consilio prædicti, rerum finis prius inspiciunt, quam dent operam rebus gerendis.

¶ De vulpe, & leone. 6

V V L P E S que nunquam viderat leonem, quum illi forte obuiasset, adeo pertimuit, ut mortem penè obiret. Rursum illum quū aspexisset, pertimuit, sed minimè ut primum. Eum tertio quum intuetur, propè accedet, fuit auctorām diffèrere.

Fabula significat, quod rerum terribilia, usus & consuetudo domestica facit.

¶ De cato, & gallo. 7

C A T U S cum gallum cepisset, atque causam quereret quī eum comedere posset, illum criminari cœpit, quod esset animal turbulentum, qui noctu clamitando hanc permitteret quiescere mortales. Gallus se excusabat, quod id ageret ad eorum utilitatem, cum ad opera facienda illos excitaret. Rursum catus ait: Impius es ac si pro modum scelestus, qui agis continuè contra naturā, cum nec à matre, nec à sororibus te abstineas, sed per incontinentiam cum illis te commisceas. Gallus item defendebat, quod domini sui questus gratia, id quoque ageret: enim uero ex huiusmodi coitu, gallinae pariunt oua. Tunc inquit catus: Excusationibus licet abundes, ego tamen iejunare hanc intendo.

Fabula significat, quod qui prauus existit natura, cum semel delinquere animo proposuit, quamuis causæ desit pretextus, à prauitate tamen non desistit.

¶ De vulpe sine cauda. 8

V V L P E S ut è laqueo cuaderet, abscissa cauda, cum è pudore vitam sibi mortem putaret, excogitauit alias dolor inducere vulpes, ut siob communis commodi specie, si bis singule caudam abscederent, et sic suum dedecus leuaret. Itaque ad unum vulpibus congregatis suaderet ut can-

caudam sibi abscedant, differens caudam nō modo decori vulpibus esse, sed oneri graui atque incepto. E vulpibus vna ei facetè respondit: Heus soror, si res ista tibi soli conducit, tu itidem alijs consulere haud est æquum.

Hæc fabula ad eos spectat, qui sub charitatis specie, suum commodum consulendo prospiciunt.

### ¶ De pescatore, & Smaride pisciculo. 9

PISCATOR quod mari rete tetendit, eo smaridacepit pisciculus, qui parua adhuc atate pescatorem orabat, ut dum grandis esset, atque maiorem questum ex eo assequi posset, cum vita donaret. Huic pescator lepidè respondit: Ego quidem mente carerem, si quod minimum mihi est lucrum, id dimitterem amplioris spē questus.

Fabula significat, quod certa pro incertis, quamvis in eis magna insit spes, stultum est dimittere.

### ¶ De vulpe, & rubo. 10

VULPES cùm sepem quandam ascenderet, ut periculum vitaret, quod sibi imminere videbat, rubum manibus comprehendit, atque volam sentibus perforauit: Et cùm grauiter saucia foret, gemens inquit ad rubū: Ut me iuuares, cùm ad te confugerim, tu deterius me perdidisti. Cui rubus: Errasti vulpes, ait, qua pari dolome capere putas, quo cætera capere consueisti.

Fabula significat, quod stultum est implorare auxiliū ab illis, quibus à natura datū est obesse potius, quā alijs prodesse.

### ¶ De vulpe, & crocodilo. 11

VULPES & crocodilus de nobilitate contendebat: cū crocodilus multa pro se adduceret, ac supra modum se iuaret de splendore progenitorum suorū, vulpes ei subridens ait: Heus amice, et si hoc quidem non dixeris, ex tuo corio clare appetet, quod multis iam annis, tuorum splendore fuisti denudatus.

Fabula significat, quod homines mendaces res ipsa potissimum refellit.

¶ De vulpe, & venatoribus. 12

VULPES venatores effugiens, ac per avia currendo iam defessa, hominem casu reperit lignarium, quem rogat ut se quoquo loco abscondat. Ille techorum sibi ostendit. Vulpes illud ingredies, in angulo quodam se abscondit. Ad sunt venatores: lignarium, si vulpem viderit, rogan. Lignarius verbis quidem se vidisse negat: manu vero, ubi vulpes latebat, locum ostendit. Verum enim venatores re haud percepta statim abeunt: vulpes ut illos absit prospicere, techorio egrediens, tacite recedit: lignarius vulpem criminatur, quod cum saluam fecerit, nihil sibi gratiarum agat. Tunc vulpes se conuertens, illi facete ait: Heus amice, si manu, opera, ac mores verbo similes habuisses, meritas tibi persoluerem gratias.

Fabula significat, quod homo nequam et si bona pollicetur, mala tamen & improba prestat.

¶ De gallis, & perdice. 13

GALLOS complures cum quis domi haberet, quam emerat perdicem illis compascere permisit. Sed cum galli illam infestarent, rostrisque percuterent, perdix ea iniuria vehementer perdoluit, putans, quia aduena, nec eogenere esset, eas sibi inferri iniurias. Gallos deinde cum adiniucem certantes conficeret, perdix amota animi perturbatione ait: De cetero equidem haud tristabor, posteaquam inter eos odiosa certamina cerno.

Fabula significat, quod homines sapientia prædicti moderato animo ferunt iniurias ab illis vel maximè sibi illatas, qui nec sibi nec suis parcere sciunt.

¶ De vulpe, & larua. 14

VULPES citharædi domum ingressa, dum que domi para-

parata sunt, sagaciter explorat, larue caput reperit arte industriosa compositum: quod manibus capiens, ait: O quale sine cerebro caput.

Fabula significat, quod non omnes corpore decori, eandem animo habent pulchritudinem.

¶ De homine, & ligneo deo.

15

HOMO quidam Deum ligneum domi habens, eum orauit, ut boni quippiam sibi tribueret: sed quanto magis orabat, eò res domi angustior erat: demum ille concitus ira, Deum cruribus capit, caput parieti percussit. Illic exciso igitur capite, multum auri exilij, quod homo colligens ait: Peruersus nimium es, atque perfidus, qui dum in honore te habui, nihil quidem profuisti, percussus verò ac verberatus boni plurimum contulisti.

Fabula significat, quod homo nequam, si quando prodest, id efficit vi coactus.

¶ De cane ad cœnam vocato.

16

VIR quidam quum cœnam opiparam parasset, amicū quendam domum vocauit: eius quoque canis, canem alterius ad cœnam inuitauit. Is domū ingressus, cùm tantum dapium videt apparatum, letus secum ipse ait: Hodie porrò ita me explebo, quod die crastino comedere nō indigebo. Hisque diētis motu caudæ applaudit. Coquus vero eum conspiciens, tacitus per caudam capit, atque illum sapiens rotans per fenestram projectit. Ille attonitus humo assurgens, dum clamando aufugit, ceteri canes sibi occurruunt, atque rogitant quād opiparē cœnauerit.

At ille languens ait: Ita potu ac dapibus me expleui, quod cùm exiuerim, viam non vidi.

Fabula significat, quod quibus rebus quis doliturus est, rebus illis latari non debet.

¶ De aquila, & homine.

17

Aqui-

**A Q V I L A M** homo quidam cùm cepisset, pennis alarū sibi euulsis, inter gallinas morari dimisit: eam deinde quidam mercatus, pennis alas denuò munit: tum aquila volans, leporem capit, fertque illum benefactori suo. Quā rem conspiciens vulpes, homini ait: Noli hāc aquilam, sicuti prius, hospitio habere, ne ceu leporem te e quā venetur. Tum homo aquila item pendas euulsit.

Fabula significat, quod bene facientes sunt quidem remunerandi, improbi verò omni studio vitandi.

¶ De viro agricola.

**H O M O** quidam agricoltor existens, cùm finem vite sibi adesse cognosceret, cuperetque filios in agrorum cultu fieri peritos, eos vocavit, atque inquit: Filij, ego è vita discedo: bona mea in vinea consita sunt omnia. Illi post patris obitum putantes in vinea thesaurum rerum reperire, assumptis ligonibus, marris, ac bidentibus, vineam funditus effodiunt: nullumque thesaurum inueniunt. Verum enim vinea cùm probè effossa foret, longè plus solito fructus producit, atque illos diuites fecit.

Fabula significat, quod labor assiduus thesaurum parit.

¶ De carbonario, & lotore.

**C A R B O N A R I V S** lotorem quendam rogauit, ut quam pretio conduixerat domum, secum pariter cohabitaret. At lotor rei aliás expertus ait: Id cōducibile haud mihi esset. Nam que albificarem, ea omnia carbonum fallillis ipse maculares.

Fabula significat, quod res naturis dissimiles stare simul cōmodè non possunt.

¶ De vulpe esuriente.

**V U L P E S** ingenti fame concita, cùm quodam in tecto rīo carnis frustum ac panem reposita prospiceret, tectōrum ipsum intravit, atque tantum comedit, quod ad

in-

ingentem tumorem ventrem distendit: & cum ex nimia ventris tumefactione inde egredi nequiret, tumens gemebat. Eius gemitum vulpes alia transiens illac cum audiret, illuc accedit, rogatque quidnam gemeret: deinde causam gemitus edocet, lepidè ait: Iste manendum est, usque eo dum tenuis efficiaris, quanta eras cum intrasti: nam eo pacto facile egredieris.

Fabula significat, quod nihil est tam durum, quod tempus non dissoluat.

¶ De piscatore quodam.

21

PISCATOR quidam piscandi inexpertus, tibijs ac reti assumptis, iuxta maris litus accedit, atque saxo quodam superexistens, in primis tuba canere coepit, putans cantus se pisces facile esse capturum. Verum cantu cum nullum consequeretur effectum, depositis tibijs, rete in mare dimittit, ac pisces cepit perplures. Sed cum ex reti pisces extraheret, atque eos saltantes perspiceret, non insulscit ait: O improba animalia, dum ad tibijs cecini, saltare noluitis: nunc quia canere cesso, saltus datis absiduos.

Fabula significat, quod omnia probè sunt, quae sunt tempore suo.

¶ De pescatoribus quibusdam.

22

PISCATOR E S pescatum profecti, diuque pescando defessi, fame præterea ac mærore, quod nihil cepisse confecti, cum abire decernunt, ecce pisces quidam alium fugiens se in sequentem, in nauiculam saltat: illū pescatores supra modum laeti comprehendunt, ac in urbem relevantur, grandi pretio vendunt.

Fabula significat, quod frequentius fortuna id exhibet, quod ars efficere non potest.

¶ De viro inope, & infirmo.

23

HOMO quidam pauper cū agrotaret, dīs vovit quod si eo morbo liberaretur, boues centum immolaret: quod

ij ex-

ij experiri volentes, sanitatem illi facile reddunt. Liber  
igitur à morbo, cùm boues, quia pauper, non haberet, os-  
sa boum centum collegit, eaque super altari deponens, le-  
pidè inquit: Ecce quod voui, votum vobis nunc persolu-  
uo. At dix illum vlcisci volentes, in somnis sibi assistūt,  
atquē inquiunt: Ad maris litus pergit, ibi enim in lo-  
co semoto auri talenta centum reperies. Ille expergesfa-  
etus: somnijs memor dum pergit ad litus, incidit in la-  
trones: captus itaque eos rogabat, ut se missum facerent:  
quoniam mille talenta auri persolueret eis.

Fabula significat, quod homo mendax Deos & homines pa-  
riter contemnit.

### ¶ De vulpe, & pardo.

24

V U L P E S cum pardo de pulchritudine contendebat,  
cùm varias corporis notas pardus sibi duceret decori,  
vulpes ei comiter ait: Ego quidem longè formosior sunt  
iudicanda, que non corpus, sed animum varijs notis ha-  
beo notatum.

Fabula significat, quod decor mentis est potior omni corpo-  
ris ornatu.

### ¶ De piscatoribus quibusdam.

25

P I S C A T O R E S quidam è mari rete trahebāt. Quod  
cùm graue esse sentirent, latitia gestiunt, putantes mul-  
tos pisces habere irretitos: sed vt rete in terram traxe-  
runt, pisces quidem paucos, saxum verò ingens reti in-  
esse cùm perspiciunt, longè tristantur. Quidam ex illis  
natis iam grandis, non inurbanè socijs inquit: Animis  
estote quietis, quippe latitiae soror est mætitia: oportet  
enim casus prospicere futuros, illosque ut lenius quis fe-  
rat, persitadere sibi esse euenturos.

Fabula significat, quod qui reminiscitur sortis humanae, in  
aduersis minimè frangitur.

De

## ¶ De ranis regem potentibus.

26

RANÆ mærentes quod sine rege forent, Ioui supplicatum oratores mittunt, ut regem sibi dedat. Iupiter eorum simplicitatem cognoscens, lignum in stagni mediū demisit. Quod cum in stagnum cecidit, eius sonus supra modum terruit ranas. Quæ cum lignum esse nouerunt, rursum Ioui supplicatum mittunt, ut regem viuum, haud mortuum sibi dedit. Iupiter stultis earum precibus motus, Hydrum illis dedit in regem. Is in diem cum ranas deuoraret, tertio Iouem ranæ precantur, ut regem secum atque immanem ab eis amoueret. Tunc inquit Iupiter: Quem tot precibus regem exorasti, eum vobis perpetuum habetote.

Fabula significat, quod sepe ea precamur, quæ impetrasse nos postea pœniter.

## ¶ De cata in fœminam mutata.

27

CATA quædam speciosi cuiusdam adolescentis amore capta, Venerem orauit, ut eā in hominem mutaret. Venus illius miserta, in formam hominis mutauit eā. Quæ cum longè speciosa esset, amator domū subito adduxit. Sed cum in cubiculo simul sederent, Venus experiri cupiens, se mutata facie mutasset et mores, in mediū constituit murum: quem cum illa prospexit, oblita formæ et amoris sui, mure ut caperet, persecuta est. Quia super re Venus indignata, denuò eam in priorem cata formā mutauit.

Fabula significat, quod homo nequam, licet personam mutet, mores tamen retinet eosdein.

## ¶ De sene mortem vocante.

28

SENEX quidam lignorum fascem super humeros ex nomine portans, cum longa via defessus esset, fascem humili deposito mortem vocauit. Ecce mors aduenit, cautsamq;, quam obrem se vocauerit, interrogauit. Tunc senex, ut

hunc

**H**unc lignorū fascē super humeros mihi imponeres, ait.  
Fabula significat, quod quisquis uitæ cupidior est, licet res  
mille subiectiatur periclis, mortem tamen semper deuitat.

¶ De muliere, & medico.

29

**M**ULIER anus cūm ophthalmiam pateretur, medicū  
ad se curandum accersit, certum pretium sibi dare pro-  
mittens, si eo morbo curaretur: si verò non liberaretur,  
nihil ei debere pac̄ta est. Medicus verò quoties illam i-  
bat curatum, toties quippiam è domo clām exportabat.  
Mulier igitur ophthalmia curata, cūm nihil suarum re-  
rum domi esse prospiceret, medico mercedem pac̄tam pe-  
renti soluere denegat. Quamobrem vocata in iudiciū pā-  
Etum quidem non denegat, sed se curatam ophthalmia  
esse, id verò pernegat, inquiens: Cūm cæca eram, domū  
multa supellicile refertam videbam: nunc cūm video,  
ut medicus ait, nihil rerum domi esse prospicio.

Fabula significat, quod homines avaritiae dediti, sibi met se  
pius contradicunt.

¶ De agricola, & canibus.

30

**A**GRICOLA quidam magnitudine hyemis in subur-  
banis se locavit. Sed cūm alimonia sibi deficeret, capris  
& oibus primum vesci cœpit: cūm verò in diem ma-  
gis secureret hyems, bobus quoque nec pepercit. Quod fa-  
cinus cūm animaduertunt canes, inuicem verba faciunt:  
Quid hic stamus, inquiunt, cur mortem nobis incūben-  
tem non fugimus? putamus ne eum nostræ parcere vita,  
qui alimonia gratia boves ingulauit?

Fabula significat, quod eos fugere debemus, qui in carissi-  
mos crudeliter se gerunt.

¶ De agricola, & filijs.

31

**A**GRICOLA quidam complureis habuit filios, conti-  
nua seditione discordes, ac eius admonitionis perpetuā  
negli-

**N**egligentes: Cūm forte vna domi omnes sederent, iussit pater virgarū fascē corā deportari, atq; natos cœpit horari, vt integrum fascem disrumperent. Cūm igitur fascem eum totis viribus frāgere non possent, genitor præcepit, vt soluto fasce singulatim frāgerent virgas. Cūm quisque facilē hoc perficeret, tunc factō silentio, pater ait eis: si quādo animis idem sentietis, nati mihi charissimi, nec ab inimicis superāri poteritis: Sed si inter vos seditiones seruabitis, qui volet, is facilē vos perdet.

Fabula significat, quod fortior est vno, quam seditio, quae est imbecillis.

**¶ De muliere, & gallina.**

32

**V**I D V A quedam mulier gallinā habuit, que die quolibet pariebat ouum. Putauit mulier, more ingenij humani, quod sitie habendi semper solicitat, gallinam illā die bis paritaram, si plus speltae traderet ei solito. At gallina pluri alimonia pinguior facta, id vnum desit parere ouum. sic mulier ex quo maius lucru queritabat, id caca augendi cupiditate amisit.

Fabula significat; quod plurima cupiditate rerum, præsens quandoque deperditus questus.

**¶ De homine à cane morso.**

33

**H**O M O quidam quum cum canis momordisset, summo cum studio sciscitabatur, à quo sanari posset. Quidā sibi obuiam factus, atque de medico rogatus ait: si vis amice fieri sanus, non est tibi opus medico. Nam se canis qui te momordit, à vulnere lingua sanguinem terget, ista cura nihil potius reperiiri potest: alter arridens venustissime inquit: si huiusmodi utor remedio, in diem magis ac magis à canibus mordedor.

Fabula significat, quod ab hominibus nequam incommoda pro commodis, & mala pro beneficijs retribui solent.

G

De

## ¶ De duobus amicis, &amp; vrsa. 34

**A M I C I** duo dum rursus viarent, vrsa eis obuiam occurrit: qua prospecta, alter eorum territus, ut se saluaret, continuo arborem ascendit. Alter quum vrsa viribus posse obstatere dubitaret, uti mortuus humi iacuit resupinus, retinens statum atque anhelitum. Quum nec ore aut naso respiraret, vrsa cum exanimatum existimans, abiit. (Dicunt enim a cadavere vrsas omnino abstinere) Alter deinde ex arbore descendens, quid in aurem sibi dixerit vrsa socium rogauit. Ille urbano sermone respondit: Admonitus sum ab vrsa, ut cum huiusmodi amicis non proficiscar amplius.

Fabula significat, quod eorum amicitia colenda non est, qui quum est opus, amicis subsidia denegant.

## ¶ De adolescentibus duobus, &amp; coquo. 35

**A D O L E S C E N T V L I** duo aquis sumptibus carnes coemerunt, & curatum coquo tradiderunt. Obiter coquus dum alijs vacat negotijs, alter iuuenum carnes eas clanculum accepit, ac socio tradidit. Coquo deinde carnes queritanti, qui acceperat, se haud habere iurat, qui vero habebat, se non accepisse iurabat. Coquus percepto iuuenum dolo, ait: Etsi fallor eisdem a vobis: per quem vero iuratis, res ista non latebit Deum.

Fabula significat, nullum scelus posse latere Deum.

## ¶ De duobus inimicis. 36

**D U O** quidam gladiatorio animo inter se inimicitias habentes, una in naui navigabant. Et quum alter eodem in loco stare cum altero non pateretur, unus in puppi, alter in prora consedit. Orta autem tempestate qui nauis periclitaretur, qui in prora sedebat, rogat nauis gubernatorem, quae pars nauis submergi prius deberet. Et qui gubernat-

*bernator puppim dixisset, ait ille: Mors mihi modo mō-  
lestia minime est, si inimicū meū prius mori perspicio.*

Fabula significat, quod inimicus ut inimicum perdat, scipit  
perdere sepius eligit.

¶ De calamo, & oliua. 37

*Q V A E N A M eſſet fortior, durior, & magis rēſiſtens,  
canna & oliua iniucem contendebant. Oliua calamo  
humilitatem obijciebat, eō quōd ventis facile cederet.  
Huic dielō vnum arundo haud reddidit verbum. Pau-  
lō pōſt turbine vehementi aspirans ventus, radicitus e-  
ruulſit oliuam, totis viribus ſibi obſiſtentem. At canna  
ſtaibis ſe inclinans, ſalutem facile eſt aſsequita.*

Fabula significat, quod potentioribus ſine controvēſia mor-  
eſt in tempore gerendus.

¶ De vitula, & boue. 38

*V I T V L A quum bouem arantem perſpiceret, illū pre-  
ſe, que nihil agebat, contempſit. Sed quum immolatio-  
nis affuit dies, bos quidē missus, vitula vero ut immo-  
laretur, retenta eſt. Quā rem bos quū conſpicatur, ſubri-  
dēs ait: Hens vitula, ideo nō laborabas, ut immolareris?*

Fabula significat, quod otiosis & nihil agentibus pericula  
quoque imminent.

¶ De puer, & Fortuna. 39

*Q V V M puer quidam iuxta puteum dormiret, Fortu-  
na illuc accedens illum excitauit, inquiens: Surge, &  
hinc ocyus abi: Quippe in puteum ſi caderes, non tuam  
inficitiam, ſed me Fortunam omnes accusarent.*

Fabula significat, quod frequens pericula culpa noſtra incur-  
rimus, deinde ab eſe fortunam accusamus.

¶ De muribus, & cato. 40

*D O M O quapiam quōd perplures forent mures, catus  
præſentiens illuc accessit, atque nunc vnum, nunc alium  
capiens, complures interimendo comedit. Verū mures*

cum se in diem consumi perciperent, ad unum coacti, inquiunt secum: De ceterò inferius non esse descendendū, si volumus perditum iri omnes, sed hic superius manendum, quod catus ascendere non potest. At catus consilio murium percepto, simulans se mortuum esse, posterioribus pedibus se ad palum suspendit, qui fixus parset erat. Emuribus quispiam deorsum acutè prospiciens, ut catum esse cognosit, haud infacetè ait: Heus amice, etsi te follem esse certò scirem, deorsum minimè descenderem.

Fabula significat, quod vir prudens semel si fallitur, fidelis & simulatis hominibus non amplius fidelis.

### ¶ De simia, & vulpe.

41

**A**PVD brutorum animalium concilium, simia ita appositi saltauit, quod omnium ferè consensu rex statim fuit creatus. At vulpes inuidens ei, ubi viderat carnes laqueo in foreas sitas, illuc simiam ut duxit, inquit ad eam: Hic thesaurus absconditus est, qui ex lege spectat ad reges: quare cum tuus ex lege sit, tute ipse capias illum. Simia vulpis suatu, illuc temerè accedens, ut se capia laqueo sensit, vulpe acriter accusat, quæ dolose deceperat. Ei vulpes haud illepidè ait: Heu stulta, quæ cù fortunae extulisset, dominari ceteris iam te putabas dignam.

Fabula significat, quod qui temerè quippiam aggreditur, temerè in aduersa incidit, ac vulgo ridiculus fit:

### ¶ De ceruo, & leone.

42

**C**ERVUS vehementi siti cum vexaretur, ad fontem proficiuntur: dumque potat, suam in aqua prospiciens umbram, valde letatus est magnitudine cornuum ac ramositate: deinde pedes & crura prospiciens, nimium tristans est. Hec dum animo vertit, ecce leo appetet, ac ceruum prosequitur. At ceruus fugam arripiens, leonem per campos longè anteibat. (Dicunt enim ceruorum vires

con-

confistere in pedibus, at leonis in animo stare robur.) Quousque igitur leo per campos secutus est ceruum, eum assequi non potuit. Casu vero contigit ceruum nemus intrare, ubi cornibus ad ramos implicitus cum fugere non posset, a leone captus, cum se moriturum videret: Heu me miserum, inquit, qui cornibus gauisus, ipsis cornib. pereo. Fabula significat, quod quæ putamus nobis profutura, ea nobis saepius obsunt.

## ¶ De agricola; &amp; pelargo.

AGRICOLA laqueos in agro tetendit, ut grues & anseres venaretur, qui sata sua continuè depascebant: At simul cum illis venatus est pelargum, qui pede tentus roget agricolam, ut eum soluat, missumque faciat, cum non sit grus, nec specie anser, sed pelargus avium pessimus, qui parentibus semper deseruit, nec illos in senecta deserit inquam. Ei agricola subridens ait: Que dicis, haud me fugiunt, nam qui sis, probè teneo: sed his simul captus cum sis, cum his quoque simul est moriendum.

Fabula significat, quod qui cum improbis quopiam comprehenditur criminе, pari poena plectitur cum illis.

## ¶ De agno; &amp; lupo.

AGNVS in domo bene clausa existens, cum lupum ad se venientem perspicit, illum conuicijs & maledictis persecutur. At lupus inquit ei: Non tu, sed locus inaccessibilis mihi conuicia dicit.

Fabula significat, quod locus & tempus faciunt timidos per se audaces.

## ¶ De Ioue, &amp; corvo.

IVPITER volatilibus regem creare volens, diem conciliibus indixit, ut qui speciosior esset, rex sibi consti tueretur. Quam rem præsentiens corvus, ac suæ deformitatis cōscius, pennis aliorum hinc inde collectis, se de

corauit, ac speciosissimum omnium se reddidit. Adeſt dies præſinitus, veniunt ad concilium aues. Iupiter corum ob pulchritudinem cùm regem auibus creare vellet, id aues indignè ferentes, queque suas à coruo extra-hunt pennas. At coruus alienis pennis cùm eſſet exutus, coruus ut erat demum remansit.

Fabula significat, quod qui rebus pendet alienis, illis amissis quisnam ipſe ſit, cuique liquido patet.

¶ De cubicine quodam.

46

TUBICEN quidam tubæ ſonitu pugnatum ciebat exercitum. Ab hostibus deinde per insidias captus miſeranda voce clamabat: Ne abs re ac fruſtra occidere me velitis: ego quide non pugno; nec preter tubam quippiā aliud poſſideo. Qui cum vinculum ducebant, huiusmodi verba contrà reddiderunt: Hanc ob rem morte dignior es iudicandus, quod cum hostibus manūm conſerre deuitans, alios ſenitū ad pugnam hortaris.

Fabula significat, quod grauiori poena ſunt iudicandi, qui cū ipſi iniuriā nō agant, alios ad iniuriam agendum impellunt.

¶ De fabro, & cane.

47

FABER quidam catulum habebat, qui dum ipſe ferrū cuderet, continuè dormiebat. Cùm vero manducabat, canis statim ſurgebat, & quæ ſub mensa erant deiecta, ceuſa & alia huiusmodi, ſine mora corrodebat. Quā rem animaduertens faber, ait ad canem: Heus miser; quid faciam, nescio; qui dum ferrum cudo, continuè dormis, & ſegnitia teneris: Rurſus cùm dentes moueo, statim ſurgis, & cauda mihi applaudis.

Fabula significat, quod ſecordes & ſomnolenti, qui ex aliorū viuunt laboribus, graui censura ſunt coērcendi.

¶ De mula quadam.

48

MULA quedam nimio hordeo pinguis effecta, nimia pingue-

pinguedine lasciuiebat, secum inquiens: Pater mihi equus fuit, qui cursu celerrimus erat, & ego ei per omnia sum similis, parum post contigit, quod oportuit mulam quantum potuit currere: sed cum cursu cessauit: Heu me miseram, inquit, que equi filiam me esse putabam: at nunc memini asinum mihi patrem fuisse.

Fabula significat, quod stulti in prosperis seipso dediscunt, sed in aduersis suos per sepe recognoscunt errores.

**¶ De thynno, & delphino.**

49

THYNNVS, cum eum Delphinus persequeretur, magno elatus impetu ac stridore, a vehementi fluctu in insulam defertur: eundemque in scopulum, a fluctu eodem, Delphinus, dum se putat capere Thynnus, ipse quoque defertur. Thynnus conuersus cum Delphinum expirantem animam perspicit, secum ipse ait: Mors mihi molesta admodum non est, ex quo mortis autorem mori simul mecum perspicio.

Fabula significat, quod quiuis aduersa leuius fert, cum aduersitatū autores eadem aduersitate opprimi perspiciunt.

**¶ De inedico quodam.**

50

MEDICVS quidam cum quem curaret agrotum, eum mori contigerat, effarentibus funis aiebat: Vir iste si se vino abstinuerit, & clysteris vsus fuisset, eum mori non contigisset. Ex his qui aderant, quispiam medico haud infacet ait: Heus medice, ista consilia cum prodeesse quibat, dicenda fuerunt, non nuc, cum nihil valeat prodeesse.

Fabula significat, quod ubi haud prodest consilium, id eo tempore dare, est sane amicum deludere.

**¶ De aucupe.**

51

AVCERPS aucupatum calamis viscoque tetendit, ex cum turdum canere arboris de super ramum aspergit, ut cum caperet, calamos erexit. At inter ambulandum

G 4 pede

pede altero viperam calcauit, morsusque ab ea, cum iam  
iam ob venenum se deficere persensit: Hec me miserum,  
ingeminit, qui dum alium capere festino, alter ad mor-  
tem me est aucupatus.

Fabula significat, quod contra alios facere nitimur, ea  
persaeppe ab alio ipsis patimur.

### ¶ De castore.

**C**ASTOR est animal quadrupes, qui in paludibus se  
nutrit: eius testes varijs medelis utiles esse dicuntur. Ita-  
que cum quispiam eum sequitur, sue persecutionis cau-  
sam non ignorans, ac pedum velocitati fidens, quantum  
potest, fugit, usquequo ad locum ne videatur, saluus de-  
ueniat, atque ibi testes excidens, in venatores, cum sibi  
appropinquant, proicit. Et isto pacto a venatoribus se  
eripit.

Fabula significat, quod sapiens ut a periculis se eripiatur, nihil  
intentatum deserit.

### ¶ De puer oves pascente.

**P**UER quidam cum oves eminentiori in loco depasce-  
ret, sapientius clamabat: Hens o a lupis mihi succurrite.  
Qui circum aderant cultores agrorum, cultum omittentes,  
ac illi occurrentes, atque nihil esse comperientes, ad ope-  
ra sua redeunt. Cum pluries puer id ioci causa fecisset, ec-  
ce cum lupus pro certo adesset, puer ut sibi succurratur  
serio clamat. Agricola id verum non esse putantes, cum  
minime occurrerent, lupus oves facile perdidit.

Fabula significat, quod qui cognoscitur mentiri, ei veritas po-  
stea non creditur.

### ¶ De corvo, & vulpe.

**C**ORVUS cum carnium frustum rapuisset, arborem  
quandam supersedit: Vulpes eum suspiciens, atque car-  
nes sibi cupiens, illum arte aggreditur. Stans igitur sub  
arbo-

arbore, coruum laudare occipit, aiens : O quam magna  
aues est hac, quam speciosa, quam venatrix, quam formo-  
sa! hanc decuit esse avium regem. Nam omnia regia sū  
per alias sibi sunt aues, si modò vocem haberet. His lau-  
dibus coruus inflatus, & dici mutus haud valens pati-  
vterius, dum magna voce crocizat, carnes humi deci-  
dunt. Illas cum vulpes rapuisset, conuersa inquit ad cor-  
uum : Heus corue, omnia decoratenes, modò mente-  
haud careres.

Fabula significat, quod qui adulatoribus nimium credunt,  
hi, quæ non putant, in aduersa sepius incidentur.

### ¶ De cane, & lupo.

CANIS cùm ante aulā dormiret, lupus superueniens,  
eum statim cepit : & cùm ipsum occidere vellet, canis  
ne eum occideret rogauit, inquiens : Here mi lupe, nunc  
me occidere noli, nam, ut vides tenuis sum, gracilis &  
macilentus. Sed herus meus nuptias in proximo factu-  
rus est, ubi si parum me expectas, ego opiparè mandu-  
cans, atque pinguior factus, ero tibi vitior. Lupus his  
verbis fidem habens, canem dimisit. Paucos post dies lu-  
pus accedens, eum canem dormientem domi reperit :  
stans ante aulam canem rogat, ut sibi promissa præstet.  
Ei canis haud rustice inquit : Heus lupe, si ante aulam  
de cetero me reperis, haud amplius nuptias expectes.

Fabula significat, quod sapiens cùm periculum vitat, ab illo  
postea continuè cauet.

### ¶ De corvo ægrotante.

CORVUS cùm agrotaret, matrem rogauit, ut sua pro-  
sanitate Deos precaretur, inquiens : Mater noli plorare,  
sed deos potius precare, ut sanitatem mihi restituat. Et  
mater scitè respondit : Quem deorum tibi fore propitiū  
putas? cùm nullus sit è cuius aris sacra non rapueris?

Fabula significat, quod qui in prosperitate quemuis offendit, in aduersis amicum sibi reperit neminem.

**¶ De cane carnes portante.**

57

CANIS ore ferens carnes, ac flumen transiens, cum sub aqua umbram prospexit, putauit alium esse canem, qui plus carnium deferret. Itaque quas ipse ferebat, eas carnes sub aquas ire demisit, et ut umbram caperet, se mouit: sed carnes et umbram, quae sunt nihil erant, simul perdidit.

Fabula significat, quod cupiditate plus semper habendi, quae tenemus, ea saepenumero perdimus.

**¶ De leone, & rana.**

58

LEO cum ranam magniloquacem audiret, putans aliquid magnum animal esse, se retrouerlit: parumque stans ranam e stagno excentem videt. Quam indignabundus statim pedibus calcavit atiens: Nullum amplius ut te perspiciat animal clamore mouebis.

Fabula significat, quod apud verbosos, praeter linguam nihil reperitur.

**¶ De leone sene.**

59

LEO cum senuisset, nec victum sibi querere posset, via machinatus est, qui alimenta haud sibi desint. Ingressus igitur speluncā graniter agrotare iacens simulabat. Animalia illū agrotare verè putātia, visitādi gratia ad eum accedebant: quae leo capiens singulatim, manducabat. Cū multa animalia iam occidisset, vulpes leonis cognita arte, aditum speluncā accedens, leonem quo valeat pacto, exterius stans, rogat: ei leo blande respondens ait: Vulpes filia, cur non introgrederis ad me? Ei vulpes non illepidè ait: Quoniam here mi animalium ingreditium perplura equidem vestigia cerno, sed egreditium vestigia nulla.

Fabula

Fabula significat, quod homo prudens, quia pericula imminentia prouidet, illa facile deuitat.

¶ De leone, & tauro.

60

**L**EO ingentem taurum per insidias sequens, cum prope accessit, eum vocauit ad cœnam, inquiens: Amice orem occidi: hodie mecum, si placet, cœnabis. Taurus leoni morem gerens, ut discubuerunt, quum multos lebentes, ne non magnos & plureis obeliscos paratos conspiceret, & ouem ibi nullam adesse, è vestigio abyit. Quem leo abeuntem perspiciens, quir abiret rogauit: ei taurus haud inurbanè respondit: Non de nihilo equidem abeo, quum instrumenta non ad ouem, sed ad taurum coquendum videam esse parata.

Fabula significat, quod homines prudentes minime latent improborum artes.

¶ De leone, asino, & vulpe.

61

**L**EO, asinus, & vulpes conflata inter se societate venatum exeunt. Quumque multam prædam cepissent, leo asino mandat ut prædam diuidat. Asinus quum eam in treis parteis aqualeis esset partitus, optionem capiendo socijs dedit.. Quam partitionem leo indignè ferens, ac dentibus frendens, à diuisione depositum eum, mandauitque vulpi, ut prædam ipsa partiretur. At vulpes illas treis parteis in unum colligens, ac prædam nihil sibi seorsum relinquens, leoni omnia tradidit. Tunc leo vulpi ait: Quis te partiri edocuit? Inquit ex tempore vulpes: Asini periculum id me facere instruxit.

Fabul. signif. quod aliorū pericula homines faciūt cautores.

¶ De leone cuiusdam rustici filiam amante.

62

**L**EO cuiusdam rustici filiam amabat. Illam quum habere cuperet, patrem virginis rogauit, ut sibi nubere ipsam assentiret. Et rusticus ait, Nullo pacto se assensurū, quod

quòd filia bestiae nubat. Quum illum leo toruè aspiceret, ac dentibus frenderet, rusticus mutato consilio ait, se cu pere ei filiam nubere, modo dentes & vngulas prius ca dat euellatque : quonia virgo illis rebus longè terretur. Leo id postquam pre nimio amore fecit, rusticum adiès, filiam sibi dari postulat. At rusticus leonem quum vngulis & dentibus perspicit inermem, arrepto fuste illius frequens pulsando persequitur.

Fabul. signif. quod qui inimicis se committit, de facili perit

### ¶ De leæna, & vulpe.

63

LEAENA quum à vulpe saepius exprobraretur, quod quolibet partu vnum duntaxat pareret catulum, ait : Vnum sanè, at pol leonem.

Fabula significat, quod pulchritudo haud in copia rerū, sed in virtute consistit.

### ¶ De lupo, & grue.

64

LUPVS in gutture osse retento quum longè cruciatur, grui pretium obtulit, si illud è gutture extraheret. Grus rostro quū os è gutture extraxit, pretium sibi promissum expostulat. Ei lupus subridens, simulq; dentes acuens, ait: Satis pretij tibi esse debet, quod ex lupi ore caput sine laſione eduxeris.

Fabula significat, quod apud improbos gratitudo nō parua habetur, si pro obsequio quis detrimentum non recipit.

### ¶ De lupo, & agno.

65

LUPVS quim agnum inuenisset errantem, eū non cepit fortissima manu, sed causam quesuit, quo iure vel iniuria eum comedeleret. Igitur agno verba huiusmodi fecit, Tu mihi abundè iam diu intulisti iniurias. Agnus gemendo ait: Quomodo id fieri potuit, quum nuperrimè venerim ad lucem? Lupus denuò ait. Agrum mihi passendo deuastasti. Agnus inquit ei: Quam dentibus etiam

*tiā careā, id facere nequissi. Lupus rursum ait: Ex meo quoque fonte bibisti. Ei inquit agnus: Quo pacto id fieri potuit, quū aquā ex ētate non dū biberim, sed lac matris cibus & potus adhuc mihi sit? Lupus demū ira cōcius ait: Licet tua soluere nequeā argumēta, cēnare tamē opiparē intendo: agnumq; cepit, ac illum manducauit.*

Fabula significat, qud apud improbos ratio & veritas locū haud habent.

**¶ De duobus gallis inter se certantibus.** 66  
*D u o galli inter se ruri certabant: qui gallinarū prior dux erat, quū ab altero superatus esset, p̄a verecundia se abscondit. Alter verò Victoria elatus, domus tectum statim superuolans, vehementi alarū plausu cantuq; significat se riualem sūi pugnando superasse, & de aduersario ferre trophaū. Dum hæc & huiusmodi iactabundus voce crocizat, ecce aquila cibi indiga ex alto deuolans, gallum vnguis rapit, ac pullis suis in alimoniam contulit. Quam rem qui victus fuerat gallus, prospicies, ceu ex hoste triumphans, in publicum venit, ac solus gallinis libere potitur.*

Fabula significat, qud qui prosperis nimium fudit, in aduersa sepius preceps incidit.

**¶ De vase quodam.** 67

*F O R O Urbis medio, quidam vates cuius sortem aperiebat futuram. Quamobrem magna hominū frequētia stipatus, dum vni & alteri suam aperit sortem, ei nunciat, res suas furtim domo esse ablatas. Quo auditio, domum curriculo dum abit, quidā ei obuiam factus, ridiculè ait: Quur alios quid esset futurum monebas, qui tuæ sortis nescius fuisti?*

Fabula significat, qud homines nequam corrigunt alios, & sua crimina scir̄ se negligunt.

*De for-*

## ¶ De formica, &amp; columba.

FORMICA sitiens in fontem descendit: ubi dum bibere vult, in aquam cecidit. Columba quedam arborem fonti imminentem super sedens, quum formicam aquis obrui conspiceret, ramulum ex arbore rostro continuo frangit, ac sine mora deiecit in fontem. Ad quem formica se applicans, ex aquis in tutum se recipit. Obiter aucepis quidam aduenit, & ut columbam venetur, calamos erigit. Formica id percipiens, pedem alterum momordit auctupi. Eo dolore aucepis cōcitus, calamos demittit. Quorum strepitu columba territa, ex arbore australiensi, vita periculum evasit.

Fabula significat, quod quum bruta in beneficos grata sint, ed magis esse debent, qui participes sunt rationis.

## ¶ De vitulo, &amp; cerua.

VITULVS ceruae aliquando ait: Quum magnitudine sis maior canibus, & pedū celeritate cursu velocior, & ad pugnā longè cornibus munitior, cuius rei gratia mater tātoperē canes reformidas? Ei cerua inquit subridēs: Quoniā fili licet quae dicis, omnia possideā, canū latratū ferre nō possū, sed p̄ timore fugā statim arripio.

Fabula significat, quod qui natura timidi sunt, apud eos ut audeant, nulla valet hortatio.

## ¶ De ape, &amp; Ioue.

APES, quae cerae mater existit, quondam accedens ut Dijs sacra faceret, Ioui donū obtulit mellis. Qua oblatione Iupiter letus, iussit sibi concedi, quicquid ipsa precaretur. Apes igitur rogans, ait: Illustrissime deus deorum, ancille tuae concedere velis, ut quicunq; ad alueare pro rapiēdo melle accesserit, si simul ac pupugero eū, cōtinuo moriatur. Qua rogatione Iupiter diu ambiguus, quoniā genus mortalium longè amabat, demum ari ait: Satuſ ſu  
tibi

tibi, quod quicunq; alueare pro rapiendo melle accesserit,  
si eum pupugeris, & in punctura stimulu dimiseris, con-  
tinuo ipsa moriaris, tibiique vita sit ipse stimulus.

Fabula significat, quod inimicis quandoque mala precamur,  
quae in nos saepius vertuntur.

¶ De musca.

M U S C A quae in ollam carnium deciderat, quum se in  
brodio suffocari sensit, secum ipsa ait: Ecce tantum bibi,  
tantum comedi, tantum me laui, q[uia] iure satur a mori possu.  
Fabula significat, quod prudentis est id potentiam animo ferre,  
quod vitari minimè potest.

¶ De adolescente quodam, & hirundine. 72

A D O L E S C E N S luxuriosus quum bona patris con-  
sumpsisset, solaque vestis ei remansisset, visa ante tem-  
pus hirundine, a statem iam adesse existimans, ipsam  
quoque vendidit vestem. Sed hyeme denuò orta, quum  
immenso cruciaretur frigore, visa rursum hirundine,  
qua & ipsa frigore obibat, ait: O pessima avis, qua me  
& te pariter perdidisti.

Fab. sigif. q[uia] quae suo tempore non sunt, ea diu stare nequeunt.

¶ De ægroto, & medico.

Æ G E R à medico rogatus, quo pacto se habuisset: Plus  
quam esset opus, se sudasse respondit. Id bonum fuisse  
medicus ait. Secundò rogatus ab eodem quomodo se  
haberet, inquit ægrotus, Vehementi frigore fuisse cōpre-  
hensum. Id ad salutem fore medicus quoque ait. Tertiò  
ab eode rogatus, quo pacto se habuisset, inquit ægrotus,  
Cū difficultate digerere potuisse. Rursum medicus ait,  
Id ad salutem optimum fuisse. Deinde ex domesticis  
quum quidam agrotum interrogaret, quomodo valeret:  
illi ager ait: Signa ad salutem, ut medicus ait, perplura  
& optima sunt, illis tamen dispereo signis.

Fabula significat, quod qui ad voluptatem loquuntur, illis  
aures præstare quis non debet.

¶ De lignatore quodam.

74

LIGNATOR quidam dum iuxta flumen deo Mercurio dicatum ligna cæderet, securis casu decidit in flumen. Multo igitur mœrore comprehensus iuxta fluminis ripam gemens confidebat. Mercurius misericordia motus lignario apparuit, siisque fletus causam rogauit: quam simulac didicit, securim auream deferens, utrum quam perdiderat illa esset, rogauit. At eam pauper suā esse negauit. Secundò Mercurius alteram detulit argenteam. Quam quum pauper ille suam quoque esse deneraret, postremò Mercurius ligneam sustulit. Illam suam esse quin pauper assentiret, Mercurius cognoscens illū esse hominem verū iustumq; omnes sibi dono dedit. Accedens igitur ad socios lignarius, quod sibi acciderat aperit. Unus ex socijs id experiri volens, quum ad flumen accessisset, securim in aquam deiecit: deinde fles in ripa confedit. Cuius Mercurius fletus causam edocetus, securim auream afferens, si quam perdiderat illa esset, rogauit. Quam quum suam esse affereret, Mercurius cognita eius impudentia ac mendacio, nec auream, nec suam quoque tradidit.

Fabula significat, quod quando Deus propitiior est probis, et improbis existit infelix.

¶ De asino, &c Ioue.

75

ASINVS solito cuidam seruiens, quum parum comeaderet & multum laboraret, Iouem exorauit, ut alium dominum sibi mutaret. Itaque Iupiter mandat ut figulo veneat. Apud quem asinus quum laboraret, in deportando lutum, lateres, tegulas, & huiusmodi, secundò Iouem precatur, ut alio deseruiat domino. Iupiter iterum mandat

mandat, ut coriario venundetur. Cui asinus multo cum labore & paucō cibo seruiens: 'Heu me miserum, cum gemitu ait, quid dominos omittens meliores, ad deteriorem perueni, apud quem, ut video, corium meum etiam post mortem cruciabitur?

Fabula significat, quod priores dominos tunc serui desiderant, cum deteriores experiuntur.

**¶ De leporibus, & ranis.**

LEPORES in unum simul conuenerunt: ubi cum de miseria ipsorum innata dolerent, gemitentiae, quod vita eis, quam ceteris animalibus data esset miserior, quoniam homines, aquile, & canes, ad mortem eos usque persequerentur, decernunt melius sibi fore semel mori, quam in vita tam misera diutius permanere. Hoc certo consilio, ut se in stagnum præcipitent, dum oxyus tendunt, rane qua super stagni ripa astabant, ut strepitum audiunt, in stagnum desiliunt, sequi aquis submergunt: quam renz qui lepus præibat cum conspicatur, reliquis ait: State, nam nobis sententia mutanda est. Quippe, ut liquidò videtis animalia, quam nos, magis timida reperiuntur.

Fabula significat, quod cum miser miseriorem aspicit, suam aquius miseriam fert.

**¶ De asino, & equo.**

ASINVS cum equum alimonia & otio diligenter cura abundare perspicceret, eum longè beatum esse commendabat, sequi nimium infelicem dicebat, qui cum multū laboraret, ad saturitatem de paleis hand haberet. Cum tempus belli aduenit, miles armatis equum ascendit, ac cum medios occurrit in hostes, equus mucrone percussus cadit humili prostratus. Quem asinus prospiciens, ingemuit, eiusque misertus, sui animi sententiam mutant.

Fabula significat, quod cum paupertate, quae mater est quic-

tis, quis conuenire debet potius, quam locupletiorib. inuidere.

¶ De asino, & lupo.

A S I N V S quidam pede altero sente calcauit, claudusq;  
faetus, cum lupum ad se venientem conspiceret, nec fugere posset, miserabili voce inquit: Heus lupe, demorior equidem e dolore: sed ex quo opus est ut tibi & coruis futurus sim cibus, obsecro quatenus tua benignitate sentem e pede velis extrahere, ut munere tuo extremū sine dolore obeam diem. Dum sentem dentibus lupus euellit, asinus eum calce percussit. Lupus deinde naso, fronte, ac dentibus perfractis: Heus me miserum, exclamat, iure hoc patior. deplorando reiterat: Qui cum essem coquus, medicus esse volui.

Fabula signif. quod quam quisque nouit, ea se exerceat arte.

¶ De muliere, & gallina.

M U L I E R quædam gallinam habebat, quæ aurea continua oua pariebat: putans igitur totā intus auream esse illam, occidit. Sed cum alys gallinis esse similem reperit, ubi dinitem se fore putauit, quem primò questū habebat, eum plus habendi cupiditate amisit.

Fabula significat, quod plus habendi cupiditate id saepè perdimus, quod habemus in manibus, lucrum.

¶ De rana, & vulpe.

R A N A in palude existens, ceteris animalibus clamendo cum profiteretur se medicam esse, pharmacorumq; peritam, ei Vulpes venustissimè ait: Qui alios curaueris, cum claudicantem curare te nescias?

Fab. signif. q; alios docere q;s nō potest id, q; haud didicerit.

¶ De serpente, & agricola.

S E R P E N T S ante agricolæ cuiusdam domum latebras habens, cum ab agricola filio esset percussus, tam acriter ipsum momordit, quod morsu ex illo puer repente obiit.

Hac

*Alienarii haec fidei regnum*

*Ad hanc*

Hac re cognita, magnus inter parentes gemitus oritur,  
 Tum pater mærore concitus accepta securi, serpentem vt  
 occideret persequitur: vibransque securim, vt serpente  
 percuteret, extremum caudæ eius cecidit: deinde volens  
 pacem cum serpente conficere, acceptis farina, aqua, sale,  
 & melle, ad reconciliandum inter se amicitiam vocat  
 serpentem. Et serpens sub petra latens, sibilando ait:  
 Frustra laboras bone vir: nam inter nos amicitia fore nō  
 potest: quippe dum me sine cauda aspexero, & tu tui fi-  
 lii sepulcrum, quieti animo esse nequibimus.

Fabula significat, quod dum iniuriatum recens, vel maxime  
 extat memoria, odia tolli minimè queunt.

¶ De gallina, & vulpe.

82

V U L P E S gallinarum tugurium ingressa, cùm gallinā  
 nido agrotantem aspexit, eam rogauit quomodo valeret.  
 Cui gallina promptè respōdit: Meliusculè me haberem,  
 si hinc abires soror.

Fabula signif. quod inimicoru[m] præsentia nimis est molesta.

¶ De viatore.

83

V I A T O R quidam cùm multam viam viasset, votum  
 Mercurio dedit, quod si quid reperiret, eius rei medium  
 sibi offerret. Fortè igitur adinuenit peram amygdalis  
 dactylisq[ue] refertam, & cùm putaret id esse argentum,  
 peram capiens amygdalarum nucleos & carnes dacty-  
 lorum ipse comedit. Deinde templum Mercurij ingres-  
 sus, atque aram manibus tenens, verbis ridiculis inquit  
 ad eum: Votum Mercuri nunc persoluo tibi. Nam quas  
 equidem res adinueni, earum tibi offero medium, ossa  
 scilicet dactylorum ac testas amygdalarum.

Fab. signif. quod homines avaritia Deorum efficit cōceptores.

¶ De leone, & homine.

84

L E O & homo cùm semel simul viam viarent, ac inter-

viandum se quisque verbis commendaret, ecce lapidea occurruunt columnæ, in qua erat incisum, quod homo suffocabat leonem: quam sculpturam homo leoni ostendens ait: Hic videre licet, quanto homines leonibus, ac feris omnibus præstantiores sunt, ac robustiores. Et leo proptè respondens inquit: si apud leones essent ceu apud homines, qui sculpere scirent, plures à leonibus homines, quam ab hominibus leones suffocari sculptos videres.

Fabula significat, quod homines iactabundi fingunt se fecisse, quæ facere nunquam tentarunt.

¶ De vulpe quadam.

85

VULPES cùm racemos vinarum plenos iam, ac matu-  
rescentes prospiceret, cupida de illis manducare, omnem  
viam machinata est, qua illos comprehendere posset. Sed  
cùm omnem viam frustra tentasset, nec desiderio suo sa-  
tisfacere quiusset, mæstitiam vertens in gaudium ait:  
Racemi illi adhuc nimium sunt acerbi.

Fabula significat, quod prudentis est fingere se ea nolle, quæ  
consequi non posse cognoscit.

¶ De puer, & scorpione.

86

PVER quidam ruri venabatur locustas, & cùm scor-  
pionem capere vellet, scorpio simplicitate eius cognita,  
ait ei: Heus puer, dege in pace, ac manum abstine, si non  
vis tutius perire.

Fabula significat, quod qui ad utræque partē cogitat, is quæ  
sequi & quæ vitare debeat, probè tenet.

¶ De venatore, & perdice.

87

VENATOR quidam cùm quam cepera perdicem occidere vellet, perdix gemens huiusmodi verba fecit ad eum: Heus perdicū atceps, si me missam feceris, ac vitam donaueris, alias perplures conducā tibi perdices. Ei at-  
ceps appositiè respondit: Nuc èo magis occidi dignam ius-  
dico

dico, quod amicos per insidias perdere polliceris.

Fabula significat, quod qui sibi caros perdere dolo querit, is præceps in pericula incidit.

¶ De lepore, & testudine.

88

T E S T U D O, cùm eius pedes lepus derideret, subridens inquit ad eum: si periculum in cursu feceris, quod quam tu velocior sis, liquidò cognosces. Cui lepus ait: Te profectò fugit, quid mei valeant pedes, sed iudicem eligamus, qui cursum & terminum nobis definiat. Igitur elegit vulpem brutoru omnium sagacissimā, qua ut locū & cursus terminū constituit, testudo omni segnitie ac negligentia semota, iter arripies haud quieuit, donec ad terminum peruenit. Lepus vero pedibus fidens, ubi paululum quieuit, somno excitatus, quantū pedes valuerūt, ad terminum cucurrit, ibi, cùm testudinem quiescentem reperit, se cum rubore fatetur à testudine superatum.

Fabula significat, quod studio & diligentia, non corporis vivibus, res vel maximæ conficiuntur.

¶ De salice, & securi.

89

S E C U R I S cùm salicem cederet, ex ea ipsa cuneos fecit, quibus salicem facilius scinderet. Quam rem presentiens salix, gemens eiulansque ait: Non tantum de securi queror, qua hominum manibus me scindit, quantum de cuneis, qui sunt ex corpore meo.

Fabula significat, quod in aduersis, non veri amici infestiores amicis, quam inimici saepius redduntur.

¶ De puer quodam fure.

90

P U E R quidam è ludo literario librum socio clam auserens, suæ matri tradidit illum: quem mater cùm libenter accepisset, nec filium castigasset, rursus puer alij vestem clam abstulit, atque matri quoque detulit: quam cùm mater etiam libenter accepisset, puer castigatione carens,

cum plura in diem ac maiora crescētibus annis furaretur, demum publicē captus, cœ furti reus, per questores publicē damnatus est mortis. Sed cum ad locum iustitiae duceretur, eumque mater gemebunda sequeretur, impe trata venia ut matri ad aurem vni loqui verbū liceret, ad eam conuersus, atque os auri matris adharenſ, ut quipiam secretō dicturus, aurem detib⁹ ſibi abſcidit. Mater vero præ dolore exclamans, mala ſibi imprecatur. Tūc qui eū ducebant cum ſupra modū criminarentur, non ſolūm furti, ſed quod tam impius fuerit in matrem, ille abſque rubore inquit ad eos: Nemini vestrū ſit mirum quod aurem matris dentibus abſcidit; ipſa enim huius meae perditionis autor & cauſa eſt. Quippe ſi me caſtigasset, cum ei librū detuli, quem ſocio eſcholi: primū clam abſtuli, omiſſis, præ timore verberū furtis, ad hoc in praesentia genus turpissimæ mortis non perueniſſem.

Fabula significat, quod qui in delinquendo ab initio non caſtigatur, facinorosior in diem efficitur.

### ¶ De pastore, & mari.

91

PASTOR quidam iuxta litus maris pecudes pascens, cum mare ipsum ſemel placidum aſpiceret, nauigandi ſtudio captus, oves pro dactylis commutauit: quibus naui poſitis, cum altum iam nauigaret, & tempeſtate ſine ſpe ſalutis fluctuaret, que in naui ſunt, ea omnia proiecit, atque in portum ſe recipit. Denuo cum oves paſceret, ac rursus mare tamen tranquillū videret, ſuo conſocio ipsam maris tranquillitatē commendanti iridiculē ait: Mare iterum dactylos cupidit.

Fabula significat, quod uſus & peritia nos reddūt in periculis cauiores.

### ¶ De punica, & malo arboribus.

92

PUNICA & malus arbores, de pulchritudine conten-

debant, cùm diu inter se varijs, & acerbis contentiōnibus certassent, rubus ex proxima sepe huiusmodi contentiones accipiens, accessit ad eas, atq; inquit: Satis iam, satis certatum inter vos est: quiescite admodum & contentionibus finem imponite.

Fab. signif. q̄ minores maiorū lites s̄pē numero cōponunt.

¶ De talpa, & matre. 93

T A L P A cæcum natura animal est: Hac aliquādo matr ait: Ingētem sentio odorem. Parū pōst rursum ait: Excelsam aspicio fornacem. Tertiō item ait: Malleorum sonitus audio fabriles. Ei mater comiter ait: heus filia, tu, vti percipio, non solum oculus, sed nāsō & aurib⁹ orba existis.

Fabula significat, quod homines iactabundi cū magna prōsidentur, tunc vel maximē in minimis redarguntur.

¶ De vespis, perdicibus, & agricola. 94

V E S P A semel, & perdices siti concitæ, cùm simul conuenissent, ad rusticum quendam tendunt, potum ab copentes, atque pollicentes, quod sibi pro aqua largas refferrent gratias. Quippe perdices vineā se ei fodere promittunt, quod plenos vites producunt racemos. Vespa vero, se vineā circueundo custodire, ac fures inde amouere largè offerunt. Quib. agricola inquit: Duos habeo boues, qui cùm nihil pmittat, eandē hanc operā nihil minus p̄fstat. Itaq; satius est mihi illis, quā vobis aquā exhibert.

Fabula significat, non esse illis subueniendum, qui nauci & inutiles sunt.

¶ De Ioue. 95

C V M Iupiter nuptias celebraret, cuncta animalia sibi munera obtulerunt, quaque pro viribus suis. Verū enim serpens rosam legit, illamq; ore tenens Ioui obtulit. At Iupiter vt cum aspexit, palam inquit: Ab omni-

*bis dona libenter equidem accipio, verum à serpente id  
haud quaquam facio.*

Fabula significat, quod improborum munera non esse sine dolis, quiuis prudens sibi persuadere iubet.

¶ De simia. 96

*S I M I A M duos catulos parere fertur, quorum ad unum  
duntaxat afficitur, & ex affectu illum diligentissime  
nutrit. Alterum vero odit negligitque. Contigit autem  
quod qui in delectis habebatur, à simia in somnis fuit  
suffocatus. Quamobrem qui neglegetus erat, ad perfectam  
usque etatem eius matris delicys fuit educatus.*

Fabula significat, quod hominum prudentiam fortuna procul dubio superat.

¶ De pulice. 97

*P U L E X cùm quendam mortis aliquando stimulasset,  
captusque rogaretur, quisnam esset qui membra sibi de-  
pasceret, ait se ex eo animalium genere esse, quibus à na-  
tura datum esset, ut eo pacto vitam vivant, nec eum oc-  
cidere velit, cùm multum mali facere ipse sibi nequeat.  
At homo ille subridens, inquit ad eum: Eò magis meis  
necaberis manibus, quoniam nec multum, nec parum abs  
re quempiam ledere licet.*

Fabula significat, quod malorum, licet parum vel multum delinquent, misereri haud oportet.

¶ De pulice, & homine. 98

*P U L E X suo solito more saltans, super hominis pede re-  
sedidit, illumque mortis acriter pupugit. Qua punctione ho-  
mo ille grauijer concitus, pulicem cepit, ac unguibus ob-  
tundere voluit. Sed pullex manibus exiliis morte vita-  
uit. Tum homo exclamans ait: O Hercules malorum extin-  
ctor, ecquid mihi in hunc opprimendum presens non fuisti?*  
Fabula significat, quod non in minimis, sed in magnis ar-  
duisque rebus, a Diis auxilium quis implorare debet.

In eontra-

*Quam  
ordi terra cu' cedum affici  
Ioannes Ferdinandus.*

## ¶ De formicis, &amp; cicada.

99:

**H**YEMIS erat medium, cum formicæ sparsim triticum apricabant. Quod cicada aspiciens, cum inedia conficeretur, accessit ad eas, ac triticum pro alimonia, ut sibi concederent, oravit. Et cum formicæ eam rogarent quidnam aestate fecerit, num segnis & otiosa eo tempore steterit, illis cicada ait: Neque segnis aut otiosa steti, sed cantu cecini, quo laborem viae vianibus leuabam. Quare auditæ, formicæ subridentes, inquiunt: Si aestate cecinisti, ut viantes delectares, nunc saltana frigore conficiaris.

Fabula significat, quod qui, quæ facienda sunt, suo tempore non fecit, is in angustias quando non putat, incidit.

## ¶ De viro, &amp; vxoribus.

100

**T**EMPVS erat veris, quo quidam in delicis educatus cum nec iuuenis, nec senex esset (semicanus enim erat capillus) duas simul duxit uxores, unam quidem natu granadem, alteram vero iuniorem. Cum omnes eandem habi-  
tarent domum, viror anus ut virum in amorem suum totum pelliceret, quotidie viro caput pertractans, nigros  
sibi euellebat capillos, iunior vero canos. Postremo ita il-  
lum depilarunt, quod calvum, atque ridiculum, non si-  
ne summo opprobrio, virum reddiderunt.

Fabula significat, quod nulla melior salus senibus existit, quam scemi-  
nis carere, & maximè iunioribus, nisi penitus obrui se velint.

nino effangere illi esset in cute —

Neque vero paulo satius est, ingenio predicari effrafro,  
quam rute vaticolare.

¶ De vulpe, &c. I

Cum aliquando vulpes in colloquio, quod illi ex se cum  
sele, iactaret sibi variorum effractorum, ad eam dulcem  
haberet dolorem refutare. Poles autem rofum dicit sibi  
unicam duntur ut ictus effrenis ferre, se quid effrenis  
serimini. Intor cōfabulandū repente canum accurrē-  
tiū tumultus audire. Ille foliis in arbo rūsticū sub-  
siliens, cū vulpes interim in mīngā cīnī capiēt.

Inmittit fabula p̄fectabilitus est non mīngā unū cīnī,  
de id si vorū de effractorum plurimis dolos, consilia, fruēta.

¶ De reg, &c. II

Rex quidam, &c. I primi aliquae similes infirmis, &  
saltantibus in partibus, cū in illum animal  
ad figuram hominis propinque sit, ita nec aliud actus  
humano non molitur, & libenter invenit. Et cum  
taque saltandi proximus ad eum saltem caperet, insigni-  
bus in domo pomponi, & perfumis. At hīc in tempore  
romæciorum in modis placitis spectaculorum, donec effra-  
ctorisibus facetus quippe amans, quæ aliam in  
similis fabula agit in modum ab invicem ibi flaminis similes similes

Et domes ad ecclias adiunctorum vigilassim, arctior  
quam solebat, somnus complicatus est. Hic mihi (Credo  
evidem, ex hoc quod etiam loquuntur) sit cum se-  
re, ut cogitationes, sermonesque nostri pariant alie-  
quid in sonno rale; quale de Homero scribit En-  
nius, de quo videlicet sapientissime vigilans solebat cog-  
itare et loqui) Africanus se ostendit illa forma, qua  
mihi ex imagine eius, quam ex ipso erat notior. Quem  
de agnouisse quidem cohortui. Sed ille, ades inquit as-  
teneo. Et omittit timorem Scipio, et quae dicant, trax-  
ide memorie. Vides ne illam urbem, quae parere pos-  
tulo Romano coacta per me, renovat pristina bella,  
nec potest quiescere? (ostendebat autem Carthagin-  
em de excelso, et pleno stellarum, illustri et claro  
quodam loco) ad quam tu oppugnandum nunc venis  
penè miles, hanc hoc bimilio COS. euertes, eritis; cos-  
monen id tibi per te partum, quod habes ex nobis  
ad huc hereditarium. Quam autem Carthaginem  
delecturis, triumphum regis CONS. q; fueris, et  
obiris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Greciam,  
delegere iterum absens COS. bellumq; maximum con-  
ficies. Numantianq; excides. Sed quam crisi curru-  
capitolium inuenies, offendes Remp. perturbata con-  
siliis nepotis mei. Hic et Africane ostendas oporebit  
patris lumen animi ingenti, consiliisque tui. Sed eius

Et domes ad ecclias adiunctorum vigilassim, arctior  
quam solebat, somnus complicatus est. Hic mihi (Credo  
evidem, ex hoc quod etiam loquuntur) sit cum se-  
re, ut cogitationes, sermonesque nostri pariant alie-  
quid in sonno rale; quale de Homero scribit En-  
nius, de quo videlicet sapientissime vigilans solebat cog-  
itare et loqui) Africanus se ostendit illa forma, qua  
mihi ex imagine eius, quam ex ipso erat notior. Quem  
de agnouisse quidem cohortui. Sed ille, ades inquit as-  
teneo. Et omittit timorem Scipio, et quae dicant, trax-  
ide memorie. Vides ne illam urbem, quae parere pos-  
tulo Romano coacta per me, renovat pristina bella,  
nec potest quiescere? (ostendebat autem Carthagin-  
em de excelso, et pleno stellarum, illustri et claro  
quodam loco) ad quam tu oppugnandum nunc venis  
penè miles, hanc hoc bimilio COS. euertes, eritis; cos-  
monen id tibi per te partum, quod habes ex nobis  
ad huc hereditarium. Quam autem Carthaginem  
delecturis, triumphum regis CONS. q; fueris, et  
obiris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Greciam,  
delegere iterum absens COS. bellumq; maximum con-  
ficies. Numantianq; excides. Sed quam crisi curru-  
capitolium inuenies, offendes Remp. perturbata con-  
siliis nepotis mei. Hic et Africane ostendas oporebit  
patris lumen animi ingenti, consiliisque tui. Sed eius

re Latini intrahuntur. Tu eris unus in quo nascitur cives  
naturis salus. Ac ne multa DICT. Rep. cōstitutas oppor-  
ter, si impias propinquoru manus effugieris. Hic quin  
exclamasset Lelius, irremissibilis ceteri vobem  
tuis, leuiter aridēs Scipio. Queso inquit, ne me ē som  
no exciteris. Et pax sit rebus: audite cetera. Sed quo  
sis Africane alacrior ad tutandam rem publicā sic has  
beto. Omnibus qui patriam conservauerint, adiuves  
rint auxerint, certū esse in cælo, ac de finitū locū ubi  
beati ævo sempiterno fruatur. Nihil est enim illi priu-  
cipi Deo, qui omnem hunc mundū regit, quod quidem  
in terris sicut accepimus, quam concilia, ex tuisq; homi-  
num iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Haruere  
stiores & cōseruatores hinc profecti, huic reuertentur.  
Hic ego, et si eram peterritus, non rā metu morris,  
quam insidiari à me is, quæsui tamē, viuerem ipse  
pater Paulus. Et alijs quos nos extulisse arbitrare-  
tur. Imo vero inquit iyi viuunt, qui ex corporum vinci-  
culis tanquam e carcere euolauerūt. Vestrabero que-  
dicitur vita, mors est. Quin tu officias ad te veniens  
ten patrem Paulum. Quem ut vidi, equidem vniuersitas  
chrymarum profudi. Ille autem me amplectens atq; ope-  
culans stercere prohibebat. Atque ego ut primum pietu-  
represso loqui posse ceipi. Queso inquam pater sans

lui suerit, qui ante natū sunt qui nec p-  
certe meliores fuerunt viri, cum pr-  
eos ipsos à quibus nomen nostrum potest audi-  
mo unius anni memoriam consezi posse. H-  
enam populariter animi tantummodo solis,  
vnius astri redditum metimus. Cum autem  
vnde semel profecta sunt, cuncta astrarē duci-  
demus torius cæli descriptionem longis in-  
retulerint: tum ille verè vertens annus appel-  
let, in quo vix dicere audeo, quām multa secun-  
dum reticantur. Namq; ut olim deficere sol ho-  
plapenetravit. ita quandocunq; eadem par-  
demus: tempore iterum defecit, tum signis  
ad idem principium, stellisq; reuocatis, explo-  
babo. Huius quidem anni nondū vigesimā  
sesto esse conuertam. Quocirca si redire in  
desperaueris, in quo omnia sunt magnis Et  
bus virtus, quanti iandē est ista hoīm gloria:  
tinet pīx ad unius anni partē exiguum pot  
alre spectare si voles, atque hanc sedem e-  
domum conuerti, neq; fermentibus vulgi,  
neq; in premijs humanis pīpī posuisti ren-  
sūs re illecebris opere ipsa virtus trahit

rum portum obliquos,  
per ratiā etiam adserit p̄fare doctis, a  
re gloriae esse etiam p̄ficit. Cernit  
terram cālēm, quāsi quibusdam redūnit am  
bos, & ecclīi verticib⁹ ipsi⁹ ex virtus parte subs  
obliguisse pruinā vides. Medium autem illam  
ximum solis ardore torret. Duo sunt habitabili  
orum australis ille, in quo qui inſtant, aderat  
is ergent & fugia nihil ad vestrum genus. Hic  
alter subiectus aquiloni⁹ qui⁹ incolitus, cerne  
os tenui⁹ parte contingat. Omnis enim terre  
litur à vobis angustata verticib⁹, arcib⁹ la  
rua quēdā insula est, circūfusa illo mari quod  
cū, quod Magnum, quod Oceanū appellatur in  
Lycātanianō nomine, quam sic patruus, p̄t  
his ipsi⁹ cultis nonisq; terris num aut thum,  
nisi, trāscendere posuit, vel illū Gangē trāſ  
iis in reūq; orientis, aut obēni⁹ sole⁹ vī  
aquilonis, austri⁹ partibus tuum nōmē aua  
ib⁹ amputatis, etrēs profecto quantis in  
vestra gloria se dilatari deli⁹ ap̄si aut qui de  
vuntur, quam diu loquentur. Quin etiam  
proles illa fututorum hominū deinceps datus

rus patere non potest. Homines enim sunt hæc legē &  
naturi, qui tueretur illum globum, quem in hoc tem  
plo medium videt, quæ terra dicitur. Hisq; animus das  
sus est ex illis sempiternis ignibus, que facta &  
stellaris vocatis, quæ globose & rotunde diuini anima  
re mentibus, circuitos suos, orbēsq; conficiunt celestia  
re mirabilis. Quare & tibi publi, & p̄t omnibus res  
tinendus est animus in custodia corporis, nec trāfūt  
eius, & quo ille est vobis datus, ex hominum vita mis  
grandum est, ne manus humanum signarum a Deo  
defugisse videzmini. Sed sic Scipio ut aus⁹ hic ratus,  
& ego, qui te genui, iustitiam cole & p̄ficiam. Que  
quoniam sit magna in parentibus, & propinquissimum in  
patris maxima est, quia caput, viacit in celum, &  
in hunc coetum corum, qui tam luxurunt, & corpora  
re lacerti illam incolunt locum, quem vides. Erat aut  
enī splendidiſſimo candore inter flammas clucens  
circulus quē vos (vt à Grajacecipistis) orbe lacuum  
nuncupatis. Ex qua omnia mihi contemplanti p̄t clas  
sa cetera & mirabilia videtur. Erant autem et  
stelle, quas nunquam ex hoc loco vidimus, & et magis  
nūndines omnium, quas esse nunquam hispiciari sumus.  
Ex quibus erat illa minimus, quæ ultima celo, climae  
terris, luce lucet at aliena; stellarum autem globi ter  
re magnitudinem facile vincere. Iam vero ipſa ter

mus, qui reliquos omnes complectitur. Summus pte  
dens arcens & continens ceteros, in quo infusi sunt  
illi, qui voluntur stellarum cursus sempiterni. Cui  
subiecti sunt sepiem, qui versantur retro, contrario  
motu atque ex alio, Ex quibus unum globum possit  
der illa, quam in terris Saturnum nominat. Deinde  
est horum generi propter & salutaris ille fulgor  
qui dicitur Iouis. Tu rutilus, horibilisq; in terris, quem  
Marten dicit. Deinde subtemperant fratre regis  
orient Sol obiret, dux & princeps & moderator lus  
tinum reliquorum, mens mundi, & temperatio, trans  
ta magnitudine, & cuncta sua lucis lustret, & comis  
plete, hunc ut comites consequuntur, alter Veneris,  
alter Mercurij cursus. In infinitoq; orbe Luna radit,  
solis accensa conuertitur. Infraueniam, nihil est  
horum deorum munere durior. Supradicatum, sunt  
eterni homini. Nam ea, que est media, & nona tellus:  
neque mouetur, & ipsius est, & in eam seruantur  
Alius nunc omnia suo motu pondera. Quae cum inuenientur  
penis, ut nre recipi, quis hic inquit, quis est, qui cons  
plet aures meas tanta & tan dulcis sonus? Hic est  
inquit ille, qui interualis confundit omnipotibus, sed  
tamen pro rata portat & ne distinguis, impulsu, & moe



or, acuto & excitato mouetur sonu, & g  
hic lunaris, atque infimus. Nam terra  
mancens, ima sede semper habet complexa m  
undi locum. Illi autem resto cursus, in quibus  
vis est duorum, Mercurii & Veneris: modis  
primum efficiunt distinctos interuersali sonos, qd  
rur etiam omnium serenodus est. Quod docti  
nes nervas initiat atque canibus, aperiunt  
diuum ad hunc locum. Sicut alijs, qui praesant  
genys in vita humana divina studia coluerunt  
sonu opere asperguntur, obsurditerunt, nec e  
hebetior sensus in nobis, sicut in illis, ubi  
ille, que Catadupa nominantur, praecepit ex  
mis montibus, et genus que illum acc. it. t  
magnitudinem sonus sensu audiendi caret.  
rotarius est rotius mundi incitatissima cont  
sonus, & cum aures hominum capere am  
sciat intus solent nequitis adserimus, cui  
alii aries vestra sensusque vincuntur. Hec  
raro refer etiam tamen oculo ad terram lu  
tanum Africam, Seruocinquit re sedem ei  
hannum contemplari ac domum. Que si  
(ve est) ita violenter, huc ecclesia semper  
illa humanae contemnitio. Tu enim quam cel

M. T. CICERONIS

neq; cōsericrit, duoc; bi numeri (quorū necq; plerū  
etiam admodum cōsiderabatur) cīcūlū nūmerali sumē

DE SOMNIO SCIPIO

terrānum, quā scīderat cōpore cōmōdū  
modo autē cōmōdū sedē cōmōdū

5